



THE NEWBERRY LIBRARY · CHICAGO

LIBER

CALLIMACHI SICULI



2


Carissimo mio





* * *

Ex munere D[omi]ni Joannis Philocalii Troiani
civis et Praeceptoris eruditissimi
Neapoli die xxii aprilis M. D. xxxviii

* * * * * *







[redacted]

Laurentij Vallensis uiri clarissimi
aduersus pogium texino uiriu defensio

NON ERAM NESCIUS
iam inde ab initio qum de Lingue
Latine elegantia componebam fore ut quantum fa
uoris apud iuuenes ac ceteros bene dicendi studio-
sos mihi conciliarem ex illo opere tantum odii apud
eos qui falsam sibi elegantie persuasionem induissent
contraherem, aut plus etiam fortasse. Tum quia sic natura
comparatum est ut uehementior sit eius qui offenditur
maliuolentia, quam eius qui adiuuatur beniuolentia. Nota
tum quia illos uidebar ad spem future glorie euo-
care, hos quod maius est, ab adepte iam glorie posses-
sione detrudere. Hoc tamen metu non sum a scriben
do deterritus. Primum quia pro re honesta et multis
ut opinabar profutura non fuit timenda iniquorum
offensio. Deinde quia remotus ab omni mordacitate
notaui uitia non homines. ut nemo nisi de se co
fiteri uellet de me conqueri posse si modo uel
sic foret iure questurus. Postremo quia hos ipsos.
offenderet. opus meum pauciores esse nec semper
futuros. nec diu uicturos sciebam. Sed eos quibus
placeret quasi familiam quandam ac sobolem indies
magis ac magis prouenturos sperabam. Verum multo

truculentiorem opinione mea vnum comperi. Pogi
um terrinouanũ qui se plane tenere Linguam
Latinam iactare solitus, vbi Libros de Lingua Latina
edidi. mihi extitit ita aduersus infensusq; ut nunq̃
dissimulare potuerit. tandem inualescentem quoti
die opis gl'iaz obuiam sibi eundum statuerit. mos
Marci catonis. qui quum ciuitas Caii cesaris de gal
lis germanisq; uictorias, gaudio. honore. supplicati
onibz prosequeretur ipse iurauit ob easdem res ge
stas illum se capitis accersiturum. Nec intelligit
nr̃ cato quo mag̃ irascitur opi meo hoc mag̃ sig
ficare se aduersus lingue Latine elegantiam pec
cauisse. Atq; ut aliquid coloris ad accusandum ha
bere uideretur quedaz que adolescens quidã au
ditor meus, in suo pogianarũ epistolarũ codice iuue
niliter annotauerat. ea me annotasse sine ulla cõ
firmatione affirmat. Quasi isto ego aut uererer
ipsum palam aggredi, si aggredi uellem. aut tam
pauca tamq; Leuia uulnera inflixissem. si me ho
stem eius ẽe profiterer. Et quia non satis hic materie
ad debacchandum habebat. sumpsit patrocinium mo
tuorũ. quos a me ait esse reprehensos. tanq̃ illi
hunc ut se iniuria passos defenderet mandauisset
et nõ potius naturam suam secutus fuerit sui filis.

Pogius

mos cato
cesare

uis aduerso
mia

vir ut minime laudandus. ita alieng laudis inimicis
simus. et tanq non iampridem famā meam optrec
tare incepit. cum absentis tum uo prīus nō solū
apud alios sed apud summum pontificem. nominis
sapientia q dignitate prantem q de me bene et
sentit et loquitur. ac honoribus muneribusq prose
quitur. daturus etiā plura nisi assidue hic rabula
reclamaret. qualis apud latinum regem drances ut
Virg. xi eneid. virgilius ait. Tum senior sempq odiis et crimine drā
ces. Infensus iuueni turno. Et iterum. Tum drances idem
infensus quē gloria turni obliqua inuidia stimulisq agita
bat amaris. Itaq quum nō multū pficeret occultis dela
tionibz aptam accusationem suscepit. In qua omnem
Nota fecem atqz sentinam stomachi sui euomuit. homo qm
admodum cetera uita, sic orone intempatissimus.
Quem ueluti rabidum canem nisi ad uomitum suum
resorbendum adigam, venia sit dicto, ipse resor
bere non recuso. Qualis H. sum cum remordeo
fatius et panormita testimonio sunt. qui me momo
derunt. nunc a me tanq leone ita lacerati sunt
ne uictis acerbius insultare uidear. ita coerciti ut
eos non putem posthac lupis. nedum leonibz alla
traturos. idest uera nedum falsa crīa obiecturos
Quo minus pogio faciendum fuit ut post ruinas

illorum inuectiua itidem me lacesseret. Sed ut ipse circa
initia ait, non intelligens se de se ipso loqui. arduum
sane est senem detractorem conuiciatoremque coercere.
siue ut barbaris eius verbis utar. desueta est forti-
tudo talem senem castigare. quum desuetum sit a con-
suetudine iam remotum. Scilicet accipit rem desue-
tam pro insueta. quod mox ostendit ut semper repetit ea-
dem & inculcat. orationemque perturbat inquiens. quos
fuste reprimere insueta uirtus existimatur. et casti-
gare pro coercere. cum castigare sit reprehendere
quod nec insuetum nec difficile est. Non potest igitur
hic detractor senex atque conuiciator. nec magis lingua
quam animo barbarus ab assueta uita desuescere. qui
salsum ipse uisum iri putat. si scurrili utatur & ob-
scena oratione qualis est liber quem appellauit de con-
fabulationibus tam spurcus ut eum perlegisse uere-
cundo homini turpe sit. In quo Thersitem illum home-
ricum reddit uel quam insulsissimus uel quam mordacis-
simus caninam ut ait Appius exercens eloquentiam
& si scriptio eius ita exprimit oratoris facundiam
ut simia hominis formam. plane peruersus Hestor cuius
ex ore amarior felle fluit oratio. non mitis senectu-
te, sed acerbus. & si pene putridus nondum tamen
maturus. nec saltem austerus quod nonnunquam bono

verba Pogii cum castigatione Vallae

Res desueta pro insueta

castigo

liber Pogii

Thersites homericus

Appius

Hestor

N. N. Nota

Vino ex uetustate contingere solet, sed quod malo ad-
dis & quod monstro simile uideatur in acore illo
senectutis adhuc retinens musteu adolescentie feruore
temerarius, petulans procax. Nimirum qui agendo
iuueniliter possit fallere senectutem more illorum qui
Not canicicem tingiunt quo iuniores existimentur.
quem si nouisset Hanibal ut est apud ciceronem, pro-
fecto dixisset se deliros senes nouisse multos. sed
qui deliraret magis pogio neminem. Et de quo ipse
et cicero idem quod de Antonio diceret Noui ho-
minis furorem. noui effrenatam uiolentiam. cuius a-
cerbitas morum immanitasque nature ne uino quidem
permixta temperari solet. Itaque & si Antonio uinosior
tamen quotidie in hac acerbitate sua proficit. eoque iam
opinionis peruenit unde maxime gloriatur. ut uulgo prin-
cipatum maledicendi optinere dicatur. & quia hoc
facile facit. in dicendo esse perfacilis. cum tamen docti sic
sentiant, eum etiam dum uult bene dicere, pessime
dicere. et non perfacilem in dicendo sed ad dicendum
atque omnibus maledicendum facillimum. quod in hac
ultima oratione declarauit. in qua nullo a me uerbo
lesus. tamquam perditus gladiator in harenam me pro-
uocauit. quo aut me trucidet ut sperat aut
certe occumbens, laudari me non cogatur audi-
re

cri & aduocatis ōibus suis armis ita in me irruit. ut
ī aliis invectiuis omēs, in hac se ipm maledicendo
superauerit. prorsus īmanis chimera. cuius pma
ps Leo. flāmas emittens, postremo draco, uenenū
spirans, media capra, caprinū olens. Verx n̄ fallor
pres ei Leoninam ac draconinā auferam. & totum
capram seu caprum reddā. & quia vetulus est Lon
gissimus preditum cornibus. q̄ nescio an eū mag
cerberum noīem qui trifauci Latratu psonans
exangues territat umbras. exangues inq umbras
non Herculem. Hercules naq ego huic cerbero fiā
quē non offa sicut sybylla fec̄ claua ad necem usq
soporabo. Sed quid ago? quo progredior? quid ī
refellendo pogio pogium imitor? quid insanē? qui
meus nō modo parens sed et auus ēē posset. ferrū
stringo? Delirat iam decrepitus, desipit, repuera
scit. Ad me redeo. contineo īpetū. cohibeo iracun
diā. rationem q̄ affectum sequi malo. Si qua fi
des ē, eius tum stultitiē tum periculi misereor.
Vtinā hic iūt q̄madmodum nūc ego delibero lacess
situs. ita ipē lacessere volens deliberasset. aut
certe de edenda īuectiua quempiā consuluisset
prudentiū amicorx. vel florentie uel rome.
Nam ea plus q̄ per octo mēses utrobiq cōposuit.

Nonne si Jannotium manettum ut eū potissimū nominē consuluisset virum literatissimū eundemq3 prudentissimū huiuscemodi consiliū accepisset. Quid tibi uis ista Inuectiua pogi: cur ueteranus & emeritis iam stipendiis in militiā redis: quid gladiator accepta rude harenā repetis: Cur non cestus iam artemq3 deponis: ut ille uigilian? Entellus quantū opinor natu te minor. cur ut de tua arte loquar. Crassum illum nō imitaris. qui apud ciceronē destinabat forum controuersiasq3 relinquere: de quo apud ipsum inqt Marcus antonius tam diu multo dicis remissius & lenius q3 solebas. Nec minus hec tñ tua grauissimi smonis lenitas q3 illa summa uis & contentio probabatur. Respice ętatem tuā que nō pugnas desiderat. sed quietem. sed securitatem. sed lenē & remissam. nec i cipientē canescere ut de sua Cicero ait. sed planè canā orationem. Ut uerum sit a Laurentio notatos ut ais in epistolarum tuarum codice. Locos quosdam de Lingua Latina. expostula apud illum. Si se scripsisse negauerit iube eum delere, aut ipse tu coram eo adhibitis testibus dele. Satis tibi hoc satisfactionis satis ultionis fuerit. Si nō negauerit conuince hominē errare. si causę tuę

Cicero

Janotium manettum

Entellus Virgilius

Crassus

Marcus antonius

confidis. Sin forte diffidis admone amica grauiter cu auc
toritate. que tibi pro tua dicendi copia occurrerent. Nunc
tu incertus an te sequam modeste ac leniter & ut senem
decet agente, Inficiaturus sit. incertus an retractare fac
tum suu uelit. imo incertus an scripserit. na plerique
negant manu eius esse, i uultum ipius unguibus ac den
tibus inuadis & cum tuam de bona malam facis. inimicu
quam ex amico. 7 a quo prouocatu te quereris, eum ti no
responsurum opinaris. quem scis prouocaturos suos
eterna ignominia afficere. Mihi crede. magis obse
quio quam asperitate proficies. ut licet uidere in equis. in
bobus, in Leonibus, i elephantis domandis. Nec ullu
magis aial quam homo exasperanti repugnat. nullum magis
obsequio vincitur. Vince moderatione que uincas
annis. Decet istam etate. ut grauis e. ita prare graui
tatem. Quid facient adolescentes, qum sint senes adeo
feroces? Non tibi nuc de fama, de dignitate. de pu
dore domestico res est, sed de puerilibus questiunculis.
& a sene contemnendis. Quedam obiecta comodius
qui fastidiendo calcamus quam refellimus. At tu pro nefas,
estuas, debacchavis. insanis. ut multo te magis ista de
decorent. qui scribis quam illum inquem scribis. Nam
quod ais auctores quosdam a laurentio reprehensos hoc r
maiore abste modestia postulat. nec suam illi causa

uellent. qua modestia fuere, conuiciis defendendi.
Nunquam meliorem causam fecit dicentis petulantia, sed saepe
peiorem. Non stomacho utaris sed ratione, non contu
meliis sed documentis, non maledictis sed auctoritatibus.
Neque enim odio aut inuidia Laurentius sed iudicio mor
tuos reprehendit. quibus nemo inuidet, nemo male
uult. tametsi pace tua dictum sit. nusquam eos reprehendi
in illo opere reprehendentes istos quos tu reprehensos tanto
Graecadesco pere ex causa descis. Ciceronem. Salustium. Terentium. aliosque
linguae Latinae principes sed hos afferentem ad reprehensi
onem Prisciani ac quorundam similium. Hos ille si
nulla simultate, nullo liuore ductus sed tamen opinio
ne aut errasse. tu tamquam liuore et odio percitus
in ipsum ut putas errantem irrues. Et cum ipse fuit
moderatus et lenis in reprehendendo. tu eris furibun
dus et incensus? Quid inhumanius? quid barba
rius? quam cum iusto hoste pugnantem ferrum uene
no armare? Quamquam omne pogi si credimus plus
N aequo religiosum. quid tibi cum causa mortuorum? an
quia prope diem ipse moriturus es. et ad illos iturus? Vrbane
At ego tibi pro nostra amicitia suadeo. ut etsi parum
victurus es. tamen uiuorum tibi studia concilies. qui te
uiuentem atque defunctum honorifica memoria prosequantur. Relinque itaque lites iunioribus. An

8

nunq̄

a maledicendo & a maleaudiendo cessabis: quorum utrum
apud probos animos ingratius sit nescio. Cui enim tu ut
inuectiuis uel epistolis non maledixisti? A quo erudi
torum non uicissim maleaudisti? Nemo profecto ex omnibus
quos uel audiendo uel legendo cognoui fecit hoc quod tu
aut crebrius, aut intemperantius. Itaque nullus non credet te
potius quam illum fuisse prouocatorem. Illius enim nulla legi
contra quempiam nisi in se defendendo scripta. Tu uero quid
cause habuisti. ut scriberes in virum lenissimum franciscum
Vellatam Cardinalis placentini propinquum. ut carperes
errata orationis eius quam de laudibus cardinalis viua
riensis ediderat. Quid in franciscum philelphum, a
micum tuum ad eam diem ac familiarem. ut in eum
scriberes pro nicolao nicolo ut hostis atque inimicus. Quid
in Aurispam virum suauissimum et ab omni contentione
remotissimum. Quid in thomam reatinum. qui in neminem
unquam nisi mite postea composuit. Quid in guarinum mo
destie exemplum. Quid in cyriacum anconitanum de
antiquitate bene meritum. Quid in episcopum feltrensem
hominem optimum atque suauissimum. Quid in alios per
multos. A quibus quid maledictorum audieris quum
recordor pudet me uicem tuam. Caue igitur mi pogi
saltem in uite extremo ne si cetera nequeant hoc
saltem possint dicere te hominem esse maledicum.

[Marginal notes:]
franciscus vellata cardinalis propinquus
franciscus philelphus
nicolaus nicola
aurispa siculus doctissimus
thomas reatinus
guarinus ueronensis
cyriacus anconitanus
episcopus feltrensis
N



Nam maledico cuncti male uolunt. Ex quo illud certo scio assequeris ut agendo modeste, Laurentiu cogas ite agere modestum. Nec si iamnotius dixisse nam consultus hec certe dixisset, forsitan eu ab edenda i ucctiua deterruisset. Nunc qm et suo et alieno consilio caruit. nec itellexit quid sibi conduceret, intelliget ipo edoctus euentu. qui stultorum ut dr est magr, suequ stultitie, temeritatis, petulantie penas luet. Et quia iuuenilr qm seniliter agere maluit a me tractetur ut iuuenis et quia gladiatorio me inuasit aio sic truculentissimus a me gladiator repellatur. Imitabor ergo non uoluntarius sed coactus gladiator, bonu gladiatore qui eodem ictu occurrit pariter et ferit. Siquide pognu dum deuito vulnerare volente vulnerabo. Quid. N. obycit mihi gladiator iste mirmillo. Nempe q se iniuste imperitequ reprehenderi. itemqz scriptores multos. quorum alterum e mali uiri. Alteru oratorie artis impiti. Horum utrumqz falsum ostenda et ipum potius puersum ee oratorem. Vt illud catonis de oratore, queadmodum Herennius senecio inregulum fecit. ego inpogium possim econtrario uertere. orator e uir malus dicendi imperitus et cum plinio dicere. Non tam bne cato expssit verum oratorem qm aut Herenius regulum aut e.

Mir

Cato orator

herei

plin

N

9

N Ipogiū. et illud eiusdem. Minor uis bonis q̄ malis inest:
et sic stultitia quidem audaciā raro nō tarditatē affert.
ita recta īgenia debilitat uerecundia, puersa confirmat
audacia Exemplo ē regulus inbecillū lands, os cōfusio,
hesitans lingua tardissima īuentio. memoriā nulla.
nihil denique preter ingenium insanū. & tn̄ eo inpudentia
ipsoque illo feruore furore peruēit, ut a pluximis orator
hēatur. que oīa in pogio recognoscimus qui alterū re
gulum malum quidē uirū. nō q libidinosus ac –
ppe libidinis professor. nō q adulter atque adeo aliena
rum uxorum preceptor, nō q uinolentus semp ac
potius temulentus. nōque falsarius & quidem cōuictus
Nō q auarus sacrilegus. piurus. corruptor, spurcus.
aliaque que extra causam nām sunt. Sed quatenus
ad causam nām fac q manifestarius calumniator,
idque trifariā, pmū q summos lingue latine auctores
ut nō latine locutos a me rephendi ait. deinde. de
me de me ipo insolentissime loqui. tertio suas epi
stolas me ut inelegantes carpere. Dicendi aūt im
peritum. nōque nihil dialectice nihil astronomie. geo
metrie. musice. nihil iuris uel ciuilis uel ponti
ficij. nihil nec philosophie nec theologie attigit.
Sed q ad hanc pene tam q parū gramatice minus
poetice. minimū rhetorice nouit, & id quoque tri

Margin notes (left): [..]eptor / [fa]lsarius / [s]purcus / [tri]fariā / [dia]lectica / [ast]ronomia / [ge]ometria / [mu]sica / [r]hetorica

Margin note (right, vertical): quidam usque ouī

faciam primum quod aut quosdam qui de lingua latina
locuti sunt quibusdam in locis imperite a me emen-
dari. Deinde quod locos aliquot elegantiarum mearum
imperitissime emendare conatur. Postremo infini-
ta imperitie eius testimonia congregabo. Ubi stultitie
quoque ipsius quod si omnis malo stultus passim ut quisque
locus postulabit admonebo. Hec est mea fuscina
quando quidem gladiator a gladiatore fieri cogor
et ea duplex et utraque tridens immo ut magnificentius
loquar tridens. Neptuni fuscina et trisulcum iouis
fulmen. Aggera itaque poggi quantum libet quod typheus
ille gigantum immanissimus maledictorum conuiciorumque
montes etnei ut me de celi mei possessione deiicias
At ego te uelut iuppiter fulminibus meis confossum atque
incensum cum montibus tuis posternam et eterna
montis etnei mole obruam. ubi sepultus uix per ipsum
cacumen igneos fumos hanelare possis. fecisti me
sic per ludibrium triumphantem. Non abnuo omen
triumphabo enim. Verum quoniam nemo nisi post pugnam
post cedem hostium. post uictoriam triumphat. tecum
prius pugnabo, ac profligatis quidque legionibus tuis,
expugnatisque oppidis per mediam urbem in capito-
lium usque triumphabo. ducens te uinctum ante currum
meum, cum militum atque oppidanorum. hoc est.

fuscina
Nep[illegible]
Iup[illegible]
Typh[illegible]
Mos[illegible]
Triumphus

errorum tuorum multis milibus. quos quiete uendi te
uo in carcere coici iubebo. Hic erit meus uexillatus
insignis. non imaginarius et asinarius triumphus ut iste
tuus. Ubi te potius triumphantem de me quiuncto atque
ouantem significare uoluisti. Sed in isto curru tuo me
Iouem esse senties. non secus atque ille salmoneus de
quo virgilius. Quattuor hic inuectus equis et lampada
quassans. Per graium populos mediaeque per elidis urbem
Ibat ouans. Diuumque sibi poscebat honorem, Demens
qui nimbos et non imitabile fulmen Aere et cornipe
dum cursu simularat equorum. At pater omnipotens
densa inter nubila telum contorsit non ille fa
ces nec fumea tedis Lumina praecipitemque immani
turbine adegit. Tali ego telo te qui fumosas mi
faces tedasque ingessisti, feriam, faciamque ut te quasi
fulmine ictis accidere solet. nemo contingere uelit
Atque ut iam tecum pugnare incipiam ordinemque pro
positum sequar. cuius prima pars fuit te calumniam
dicentem a me summos auctores in lingua latina re
prehensos. exordiar a Terentio, qui horum est antiquissimus
quem tu ut sine ordine et dissipate loquerer, diuersis
in locis ponis a me esse reprehensum. In uno his uer
bis. Nam illud apud Terentium. ecce autem alterum
nescio quid de amore loquitur. Alterum sicubi de

simoneus
virgilius
confirmatio
Terentius antiquissimus
de terentio

buisse ait. Quod carcer? que flagella? quam crucem?
meretur hic fugitivus suus. materne lingue istius
qui eũ nõ latine scripsisse arguit. que omes propt
proprietatẽ lingue ab ipo pre ceteris fuatã primum
inter comicos ascribitur. Si tali pena dignus est qui ali
terum recte loquentẽ arguit. tu recte ista pena dign
es qui me recte loqntem reprehendis atque etiam dignior.
qui nõ p imperitiã sed p calunniã peccas. Non n. di
xi scribi debuisse sed scribi debere. hoc ẽ. nõ a te
rentio erratum ẽẽ. sed a nob errari. qui ab ipo terentio
deficimus. & quodãmodo terentiũ emendamus atque
reprehendimus. Neque ita scribendum ẽẽ de meo
sensu dixi. pogi scelestissime sed donatũ qui co
mentũ sup Terentiũ fecit dicentem retuli. Quod
si nulla donati culpa qui hanc scripturã emdat
imo magna laus est quo tandem pacto ipse cul
pandus sum potius quam laudandus. qui donatũ heo
auctorem. quapropter velim m rndeas pogi ut taceas
quod aptius atque elegantius est ecce alter nescio
quid: de amore loquitur. quam alterũ. idem in usu
pollere existimas alter & alterũ? et proinde voces
metri constare? Hoc tu nõ respicis. qui omes
syllabas ignoras, nec versum unquam nisi p inpru
dentiã facis. & quidem in prosa. quod ars rhe

torica vetat / quale est illud ī hac īuectiua A ticis
hispanus dici nos ēē reuersos. Res prorsus admiran-
da. & pogio id est prodigio par. Nam uates ille q
apd delphos futura precinebant. uel ob hoc pcipue
mirabantur admiratione q līraꝝ ignarę uersus
tn̄ extempore effunderent. apollineo spiritu īstinc-
tę. Ita pogius minime quodam nō apollineo sed
ampullineo afflatus uersus effudit insciens. Sed
nescio quō eū uel apollo uel ampulla deseruit
ut diceret quod carcer. pro queꝫ carcerē. sic ē di-
uerso / proterue aīal / p proteruū aīal. et iterum
molesta culex pro molestus. Item pmū int romi-
cos ascribunt. cum pmos nec ascubi dicatur. nꝫ
inter alios. sed ante alios. Item fugitiuus suus. quꝫ
dicendum fuit seruus fugitiuꝰ / aut dicto fugitiuꝰ
omittendum suus / q nemo fugitiuus ñ seruus.
quod preceptum tradit quītilianꝰ. Itē illud ab ipo
redundat. Nam lingua materna que sit nescio.
Quā ut sciā ad pogianā domū mihi ut uideo
eundum ē. vbi materne / pīnę. Rene sed ce-
brior falernę lingue at taberne ē usus. In altōs
his uerbis. His statī addidit et Terentiū que ut
puerum castigat. Nam cum ille dixisset: ut v-
nusquisque miser est / hic uir. ut qsque maxie

uod carcer.
terue aīal
molesta culex
ntilianꝰ
roma colō theto
falerne
erentij alts locus.

miser est. rectius ait poni potuisse. Pogi carcere
ac flagris digne Reprehendo ne in his uerbis ego
terentiū? que ī omi Terentio nō leguntur. Donati
sunt ista uerba sup terentiū scribentis, que fateor
potuisse dici elegantius. Cuius facti mei rōnē for
tasse posterius suo loco reddam. In tertio his uerbis. Tert. 3°
Et Terentius flens ait: reiecit se in eū q̄ fami
liariter. & q̄ pulchre adueniens pncipiū dedit.
Sed hic demens et terentiū male scripsisse arguit.
Nunquid de illo terentii loco q̄ pulchre adueniens &
pncipiū dedit. feci mentionē. nedū ipm reprehendi?
qui et meū facit q̄ tu demens nō intelligis. quippe
inquo q̄. nō p ualde de quo dubitatur. sed pro
q̄tum poni. At q̄ pro ualde nego iungi cū po- Quā
sitiuo sed cum superlatiuo & ideo hunc locum tere superlati
tianū q̄ familiariter arguo. Quo id probas?
certe per ipsa mea ex legantiis uerbis. que tam
tu furcifer nō protulisti ut debebas in mediū. Furci
que hec sunt. Atq̄ ī hac differentia positiui &
superlatiui aliquis se obiciet afferens Terentiū
in andria. Reiecit se ī eū flens q̄ familiariter
Neq̄ tn̄ ī hoc toto meo ope quod ego accipio
p quantū figurate q̄ī oq̄ familiariter. Neque
tam in hoc toto meo ope tam licentia poetarum

consector q̄ usum oratorum. Neq; siquid aliter apud auctores reperitur, m̄ ob ē̄ debet, qui non legē scri bo q̄i nūq̄ aliter factum sit, sed qd frequentissime. Nōne hec mea uerba pogi longe absunt ab omi rephensione terentij. nefande calūniator. In q̄rto his verbis. Sequitur uerū sue impudentie lauren tius in īuehendo in reliquos prestantissimos aucto res. Non. N. dicas aut pro eodem dolorem tui. et dolorem tuum. ut dixit Terentius quod ego non dicerem. preclarus terentij emēdator. Non miror si ip̄e hoc non diceret qui nil unq̄ recte dixe rit. non miror qui nil unq̄ uere senserit a terentio dissentire. furiose pogi ubi est apud terē tiū dolorem tui uel tuum? qd me rephendere ais. de desiderio quod est apud illum dixi. non de dolore. his uerbis. Videmus interdum ipsa deriuatiua pronoīa passiue accipi ut apud terē tiū Vt appareret facile desiderio id fieri tuo. videlicet q̄ tu desideraris non q̄ desideras. qua le est accusatio mea et crimen meū, qd q̄de rarū est. ideq; non mag cont̄ me q̄ contra veteres om̄es qui hec pronoīa passiua uocauert idest siḡficantia possessionē: qd nūc nō faciut qd ut dixi rarū ē. ideq; non passim hoc reperias.

q̄. locus. cursus possessiua passim

·Non·N·

Non N dicas pro eodem dolorem tuū & dolorē tui
ut dixit Terentius desiderium tuū pro desideriū
tui. quod scilicet ipse non dicerem. Vides ut negaui
dolorem tuum pro tui non negaui desideriū tuū
pro tui. nec terentio contradixi sed me tm̄ sic loq
non auderem. et tn̄ teperaui sententiā meā tum
analogia. tum usus uarietate: tum uerbi leuitate — Analogia
Non. N. dixi quod scilicet ipse nō dixissem qui poe
tam reprehenderem. sed quod ipse nō dicerē nunc.
qui nec ī illo tempore nec poeta sum. An tu ī
oībus tibi terentiū imitandum dicas. uelut in
illo. Si mihi pergit que uolt dicere. ea que nō uolt — Vel
audiet. Aut in illo. Si quisq̄ est qui placere se studet
bonis q̄ plurimis & minime multos ledere. in iis
poeta hic nomen profitetur suū. ubi siquis singu
laris ē in iis. nō pluralis qd' et in thucydide greci — Thucy
mirantur ειτε τι αλλο κατεκεινον τον χρονον
εγενετο επικινδυνον τοισ ελλησι παρ' τον παρα'
δυναμειν μετεσχομεν. et alia plurima que si
tu nō diceres homo ī loquendo ī consultissim9 ipse di
cerem. Pogi uenefice qui nō ponendo sincere uer
ba mea defensione me mea fraudare uoluisti.
Venio nūc ad Ciceronē quē a me carpi ais ubi
laudatur. Vno in loco sic. In p̄ma nō philippica — Ciceronis

13

Quoniam utriusque consilii causam p. c. probatam uobis esse confido priusquam de re p. dicere incipio, pauca queram de hesterna M. Antonij iniuria, quippe probatam uobis esse confido causam utriusque consilij. Exclamare libet adolescentis more illius. o tempora. o mores. o scelera inpunita. De hoc aut o uesanam leuitatem. o temeritatem non ferendam. o impudentiam manifestam. Adeo ne ciceronis fama, doctrina, eloquentia in extremum discrimen redijt ut nescio quis furibundus, demens, insanus, indoctus, petulans audeat ciceronis eloquentiam sua insulsa dicacitate corrigere. Quod esse potest expressius et manifestius stultitie signum quam cuipiam ciceronis eloquentiam non placere, quam audere ab eo dicta comutare, tamquam eloquentius dici possit. Atque nullus hactenus hominum memoria repertus est qui id auderet, qui id temptaret. Valla latrator furibundus, conuiciator, demens, rabula, foraneus, tandem nescio ex quo gurgustio emersus impetum facit in Ciceronem. Et alijs deinceps multis conuicijs exclamas pergi. proclamas. inclamas succlamas. reclamas, increpas concrepas, concrepas crepas. Istud est tympano pugnare non gladio. At ego te gladio meo detracta tibi ista hircina pelle ex tympanista tympanum faciam, ut fiam prote tympanista. Nam quo

[margin:] lla
[margin:] foraneus
[margin:] Gurgustius
[margin:] vide Vehementiam
[margin:] tympanista

me probas corrigere Ciceronem tympanizator tympanizande. Verba id tua non ostendunt subiciamus mea ad litteram quod tu facere debebas ut appareret an Ciceronem uere reprehenderim que hec sunt. Habet coniunctio quippe aliud usum suum dum pro quoniam accipitur. Ut in hoc tulliano exemplo. Quoniam utriusque consilij causam p. c. probatam uobis esse confido priusque de re p. dicere incipio. pauca querar de hesterna M. antonij iniuria. Hoc idem per quippe sic dicam. priusque de re p. dicere incipio. p. c. pauca querar de hesterna. M. antonij iniuria quippe quod uobis probatam esse confido. causam utriusque consilij mei. uel quippe cum probatam uobis esse confidam. uel quippe quod

hoccine queso pagi est reprehendere Ciceronem? an eum imitandum proponere. Tua certe accusatio quantum intelligo nihil aliud sibi uult quam a me Ciceronem reprehendi ut male utentem coniunctione quoniam. At in hac coniunctione neminem unquam uidi errantem, neque de ea tunc ego precipiebam sed de quippe. diabole ut te male utentem quo te alio melius appellem nomine.

Diabolus grece dicitur. latine criminator quod est atrox scelus putatur. hoc nomine malignus spiritus qui tibi istam dictauit inuectiuam appellatus est. Altero in loco sic. Sed istat in eiusdem viri reprehensione sepe admi

Lepidum

hoccine

Diabolus

Ciceronis. 2. l.

14

rari soleo q nu͞q tibi senectutē grauē ēē sensexim ī Catone maiori Cicero inquit. quā sententiā uallea ignauia rephendit. att. H. Quid miraris Sapio te nō sensisse quod sentire nō posses, quippe quod nu͞q fuit. O pclaru͞ Ciceronis correptorem. Nimis magna pfecto dys grās hoc seculum debet in quo natus sit omnium doctrinarum omnium disciplinarum, omniū facultatū auctor ac pnceps qui lucem quādam nobis attulerit ut aliqn ueri repertiedi et certe discendi monstratorem & ducem h̄eamus. O monstrum informe ingens. cui mentis lum̄ ademptum. Quis adeo bono ē stomacho ut nō nauseet cū audiverit ēē rabulam quendam dicacem & maledicorum foro abreptum. qui Ciceronis auctoritati suam preferat uanitatem. Quid hoc est prodigij dij boni ut nescio que cicada et molesta culex auribus hominū perstrepes ī qua nil preter temeritatē insaniā conspicitur. M. Tullui Ciceronē qui semp in eloquentia tenuit pncipatum. a quo ueluti fonte omes dicendi ornatū & copiā hauserunt audeat uelut infantem 7 insulsū accusare. Quis hoc equo aīo toleret abiectum nescio quē īmundumq3 ac stupidum porcellum in hara ignorantie ī temeritatis domuatio enutritum in pncipem eloqui uomere amentiā suam quē prisci illi doctissimi viri maximeq3 Quintilianus ut deum eloquentie predi

dicacem

culex
cicada

X

carunt ac coluerunt Cernis Pogi quantopere me terreat crepitus / sonitus. strepitus. tympani quo omnia uerba tua quasi iocunda mihi decanto. Est enim mi suauis cantus tuus ut coturnicis aucupi eundem cantum fistula imitanti. Quid est o coturnix stultissima istud quod in Cicerone reprehendo? quid eloquentie. quid elegantie. quid doctrine in illo Scipione desidero? Nemo intelligit. nemo diuinare potest. An quod non debuit mirari Scipio quod mirabile non erat? Quid hoc ad reprehensionem facundie Tulliane? de re uideor non de facultate dicendi. de facto non de sententia loqui: quod quod que res aut quod factum abste significetur tamquam reprehensum nullus animaduertit quod tu dolose captasti. Ideoque ego aperiam ut dolus tuus licet stolidis indicantibus patefiat. Tradebam tunc quandam elegantiam quam etsi se ingerit nobis tamen pauci animaduertunt suauem et gratam. Quis enim non sic loquitur. doleo quod te egrotum uideo indignor quod semper audio te rixari. Certe non doleo quod uideo te egrotum sed quod egrotus es ut uideo. nec indignor quod audio te semper risu rixari. Sed quod semper rixaris semper ut audio. Tamen ita loquimur quia subest latens quedam in hoc sermone iocunditas. Hoc preceptum probaui magnorum autorum exemplis cum aliorum. tum uero Ciceronis cuius unum exemplum fuit illud. Sepe admirari soleo quod numquam tibi senectutem grauem esse senserim pro eo quod est. sepe admirari

Lepidum

15

soleo. q numquam tibi senectus grauis fuit ut sensi. Nam quod subiunxi quid mirareris Scipio te non sensisse quod sentire non posses. quippe quod numquam fuit. ideo dixi. ut venustior ac festiuior foret oratio. Hec dixi cur sic dixisti Cicero quasi de ipsius elegantia dubitarem. Sed cur Scipio admiraris. Ideoque sequitur, quod scelerate suspicatusti. Verum ita locutus est Scipio cum Catone, quasi diceret. miror senectutem ut sentio tibi non esse grauem. Denique non frequenter hunc dicendi modum, qui est apud omnes auctores emulatus sum. cum alibi tum in elegantijs quas ipse perlegisti. non recuso quin Ciceronem uidear: ut tu ais tamquam infantem et inscium accusasse. Quod si ita frequenter sum locutus. pro uter nostrum pogi est monstrum horrendum informe ingens. utri nostrum mentis lumen ademptum. Nulli obscurum quantus nunc mihi ad pogium insectandum pateat campus, si longius excurrere uelim. Sed breuitatis ratio ubique tenenda est.

breuitas laudatur

Ciceronis 3us locus.

Tertio in loco sic. Alio in loco cum scripsisset tullius Qui autem in virtute summum bonum putant preclare illi quidem Valla nec preclare ei quidem rectius dictum fuisse ait. Quid monstri hoc est dij boni. post mille et quingentos ferme annos quibus inviolata Ciceronis fama permansit esse repertum non

hominē sed portentum. nulla re preterq̄ impudētia
preditum qui adeo ex nectare apollineo uel asinino
potius degustarit. ut solus post hominū memoriā
Ciceronem in eloquentia corrigere presumat. Ec Lepidum
quis non cum tympano prodiret in prelium si tym-
panis mag̃ q̄ armis uictoria pararetur. Tympanū
mihi pulsare semꝑ pogius uidetur ut hostem ꝑterre
refaciat, nō ensem. non iaculum, nō fundam de-
niq; cum lapidib; attulisse. Quid ais pogi tympa-
nista? quo telo in me uteris? sunt ne ista que po-
suisti mea uerba? Dixi ego rectius fuisse dictum?
fateor. At inquies te dicere uoluisse, Rectius tullium
A quo rectius sic dictum ē? A tullio n̄? ergo non
repꝛehendo quem recte & rectius dixisse fateor. At in
quies te dicere uoluisse. rectius tullio fuisse dicturū
aut id rectius dici potuisse. Non uō istud ego scripsi
s; tu me scripsisse mentitus es. Nam si mentiri
nolebas. cur nō mea ad litteram uerba ponebas ut
liqueret iudicibus. Reprehenderim ne ego Ciceronē
an mutandū proposuerim. Verba aūt mea h̄ sunt.
Quidem coniunctio. duob; modis accipi solz. unū ad
distinguendas res ut ego quidem rome sum. tu
uō athenis. Altero quū est ꝑ exceptione illi⁹ qd̄ affirmes

ut apud M. b. fabium torquebis quidem filiū sed fatebr
mater. Adeo ut apud hūc et M. tulliū nunq̄ fere iu
gatur quidem et ille: quin huic sequatur exceptio ut
de offitys li. 3. Ab optimis illis quidem uiris s3 non
satis eruditis. Et de amicitia. Qui aūt ī uirtute sū
mum bonū ponūt. preclare illi quidem. s3 hec ipa
uirtus amicitiā & gignit & continet. Hec mea
hactenus uerba palā ostendūt me talem loquēdi
modum non rephendere in Cicerone & quintiliano.
s3 ad imitandum proponere. Quid aūt ea q̄ secuntur
dicendum erat preclare ij quidem prout ī pronoībus
ostendimus potuissq̄ illi sed hoc fecit ut ille coniungere
tur cum quidem. Nō est propositi hoc qđ absit rephendere.
sed admonere ne hoc preceptum alteri supiori ui
deretur ēē contrariū. Itaq̄ nō dixi dicendū fuit. hoc
ē. Cicero dicere debuit. sed dicendum erat. hoc est
scdm alterum preceptū dici debebat. & quis illud p
ut una ratio uolebat. tn̄ hoc alia rō optinuit. Do
ceo itaq̄ hic non ēē nunc utendum pronoīe is
q̄madmodum alibi. sed pronoīe ille: quē in modū
nō semel ipē in elegantijs sum locutus ut tu sy
cophanta dephendere potuisti. ex quo apparet me
pbare Ciceronem nec eum modo sed et quintilia
nū. de quo si eum rephenderam debuisti facere men

Marginalia: Q. fabius / M. Tullius / Sycophanta

tionem. Nemo est quos non probat quosque apte uitupat
imitatur. et in eo presertim ope ubi uitupat. Pogi ty-
panista. diabole sycophanta. qui semp easdem inculcas
et eadem chorda ut inquit Horatius semp oberras. i. horat.
copia dicendi cum studes ostendere copiam. que ego co-
pia tanquam grandine te obruentem nisi uererer ne in
longum liber extenderetur. Taceo quod plumos non ut
docti accipis sed ut uulgus apud quod plumptuosus
frequenti in usu est uule uocabulum rusticanum
Quarto in loco sic. Ciceronem nouo quodam modo quarto loco accu
locutum dixit cum scripsit in animo habeo nauigandi
pro eo quod est nauigare. Quin subycis pogi calumnia
tor cetera mea que sequebantur uerba. ut quo id
a me animo dicebatur appareat. que hec sunt. Ci
cero tamen ad uxorem scribens nouo quodam modo lo-
cutus est. cum in animo habeo nauigandi. pro eo
quod est nauigare. ut li. primo de diuinatione. habeoque primo de diuinat.
in animo naue contendere. Itaque subintelligatur pro
positum sue uoluntatis. sicut in multis fit apud eundem.
Cum illius diei mihi uenit in mentem. Et alibi. Non
minus ei uenit in mentem potestatis quam etatis tue.
Vbi quidam accipi uoluit genitiuum pro nominatiuo.
Mihi potius placet subaudiri conditio status. et

orem
arum

qualitas illius diei tue potestatis tue estatis aut ali
quid simile, ita hic. propositum siue uoluntas. ut
sit, cum brem in aio propositum nauigandi Est
ne hoc pergi puersissime accusare ciceronem an
excusare. Nam qd' eum dixi nouo quodam modo lo
cutum. io dixi, q significare uolui, id me nusq alibi
legisse. et iccirco nemine crebro ita loqui debere
Nam ego non ausim sic Loqui. ac ne illo quidem
modo qui sepius reperitur. quod e no nihil huius
Cicero 2° de diui. generis. Idem Cicero secundo de diuinatione libro
inquit. Dolebis tantam stoicos nros epicureis irri
Liuius libro xxx° dendi sui facultatem dedisse. Sui nunc pluralis
numeri est. irridendi singularis. Liuius Li xxx°. Non
uereor nequis hoc me uestri adhortandi causa
Plautus i captiuis. magnifice loqui existimet. Vestri pluralis e numeri
adhortandi. irridendi singularis. PLautus in captiuis. Homi-
nandi tibi istorum erit mag q eundi copia. En
trium maximorum autorum exempla. eiusdem rei.
que tn quis neget nouum quendam loquendi modum
esse. quanto mag illum cuius unum omio quantum
scio reperitur exemplum. O sceleratum hominem
quot res inelegantius meis dixerit. numq sibiau
ditas et tn eas carpit. Illud autem no ad solum Ci
ceronem ptinet sed ad uirgilium quoq & alios qsdam.

ubi ais. ~~in~~star corp̄ dixi qui neq; uirtutem ēē 7 re-
liqua. Hic allucinator solecismum dicat ēē. et simi alluanator.
tudinē loco instar subdidit. O impudentem ceruicē
garrulatoris insani. Instar montis equū in ūgilio. virgilio i 2
legimꝰ. quod similitudinē significare & seruius & Seruius
donatus 7 ceteri grāmatici testantur. Apuleius pre Donatus
terea eo uerbo sepius pro similitudine utitur. & ceteri apuleius
qui latine scripserūt. Sed maxie nr̄ eloquntię pa-
rens Cicero in secundo ad Herennium ait. Saxi in-
star globosi. quid aliud n̄ similitudinē id uerbum
potest significare. At iste proterua illa ac furibū-
da petulantia hos omēs non recte intellexisse id
uerbum in suis Legantiis affirmat. O te pogi terq;
quaterq; scelera tum. o nefandum calūniatorem. q̄ lepidum
q̄ quid stomachor potius q̄ cachinnor. cū paleas
in me non tela. puluerem non saxa. fumū nō igne cachīnor
iactes. Primumq; uerba tua nō subycis ut uideres
q̄ant cognoscere. an recte sis usus hoc noīe. an nō
Nisi putas aut nō posse peccari in isto noīe utendo.
aut omēs a me repħendi qui eo utantur. Igitur
ego subyciā uerba tua ut palā sit nō an recte re-
prehenderim. Nam ego te nō repħendi. sed an tu
recte sis usus cum ita scripsisti. In his uerbis rebus
cōparandis quas ipi nouimus nulla Laude dignas

18

instar eorum qui neq; uirtutum neq; vitiorum ullum discrimen norunt. Deinde cum interrogas quid aliud significare instar potest, quod inelegantiss ipse non dixerim. Nam si legisti i elegantiss quid illud dicatur significare. cur interrogas quasi nescias? si non legisti cur reprehendis quod scias? Verum legisti, et nosti quid ego dicam significare istud nomen et quo probem. Postremoq; neq; Ciceronem neq; Virgilium reprehendo. sed auctores affero mee opinionis. Neq; ullius aliorum istorum feci mentionem nisi unius Servii. cuius mea verba hec sunt. Instar montis equum diuina palladis arte. Instar servius aut ad similitudinem. Quid similitudinis equo ad montem? quod si et similis esset. non tamen eum magnum potius quam paruum. quod Virgilius sensit intelligeremus. pauloq; post. Instar potius significat ad equiparationem uel ad mensuram. ut apud eundem Virgilium. Argolici clipei. aut phebee lampadis instar. Cicero exametrorum instar uersuum. Nam illud apud eosdem. Instar mortis et fulminis instar. significat equiparationem doloris in morte et impetus ex fulmine. Quale est instar saxi globosi. ad equiparationem volubilitatis saxi globosi non ad similitudinem globositatis que saxo inest. Hoc de tua oratione dici non potest. ut exponamus ad

instar.

Virgilius
Argolici
uere

instar

equipationem eorum siue ad mensurã eorum. qđ ego si rephendissem nõ emendassem ita ut tu imprudentissimi oris non ceruicis ais me emendasse. ꝫ more eoꝝ & aliis nõ nullis modis. Nam quid aut stultius quam credere instar eoꝝ me sic emendare similitudinem eorũ cum nec constructio constet nec ulla recta significatio. aut puerilius quam conqueri tanquam reprehenderis cum non rephenderis. Aut imperitius quam disputare nihil aliud significare id uerbum quam similitudinem contra eũ qui ut ipse ais. loco instar posuit similitudinẽ. Et cum ita sis stultus, puerilis, imperitus, rudis, hebes, plũbeus & plusquam plũbeus, tñ parentẽ tuũ audes appellare Ciceronem. Non tu Ciceronianę familię es tu pogi. sed Cecirotianę & qui ad te illius ptineat defensio. ais eum ame vituperari. cuius inelegantius hec uerba legisti De ex actissima uerboꝝ latinitate et elegantia. M. Tullio ciceroni. Marcoqꝫ fabio. Quintiliano precipue obfuscata duobus Luminibus atqꝫ oculis. cum omnis sapientię tum uero eloquentię latine. pergamus ad reliquos. Sequitur uesaniã suã valla in Salustiũ incursans. qui scripsit strenuius. quisqꝫ ipse ut non recte dictum strenuissimus quisqꝫ emdat. Salustium ne ego pogi calũniator emendo? Sa

hebes plũbeus

Salustius

19

lustium incurso: Salustius ne ita scriptum reliquit: Agnosce si modo non nosti, calũniam tuã, ac te nõ me esse vesanũ. Nõne hec mea sunt verba: Expositivus autem illa excipiuntur que carent superlativo. qualia sũt que habẽt. i. uel. v. ante us, ut pius strenuus. que nõnumquam superlativis ideo utranque rationẽ sequuntur, omnis pius et pius quisque. Salustius. In iugurtino. Nam strenuus quisque aut occiderat in prelio, aut grauiter uulneratus discesserat. Vides pogi. ut nõ emẽdo. nõ incurso salustium. sed auctorem affero: At eum subycio postea. Ipse mallem dicere strenuissimus quisque. pyssimus quisque. hoc nõ obstat. Primũ quia sequitur Quidã tñ salustiani codices scriptum habent strenuissimi. Ex quo in hoc quoque ipsum salustiũ auctorem sequor. Deinde quod non de uno strenuus sed de omnibus huiuscemodi nominibus nũc loquor. que ferẽ in superlativo potius quam in positivo. repiuntur iuncta cum quisque. Postremo quod nõ dixi quasi in persona salustij ipse maluissem. sed in mea, ipse mallem dicere. Nam quomodo uideri possum emẽdare Salustium: qui incertum est an sic scriptum reliquerit. ut me tu ais emendare voluisse. Ego tantũ ex uaria scriptura. quid mihi satius uideatur pronũtio. At ais prepono inquis illam scripturã. que in paucioribus codicibus est. Prepono non ut salustiũ emendem. sed ut

admoneā sequendum. quod ratio. quod plurium confirmat auctoritas. Prepono quia nō protinꝰ quod in pluribus codicibus legitur. id et uerius ē. Vt uel in illo Terentiano quē dixmꝰ loco. ecce alterū. quem donatus emēdat ecce alter. et principiū Titi Liuij. facturus ne sim ope pretium. ita H. ferè in oī edition legitur. At quintilianus ab ipō Tito liuio scriptum ēē testatur. facturus ne ope pretiū sim. idq principiū melius ēē ꝗ quomodo emendatur. tam tūc H. quod mirū sit. locus ille emēdabatur, īmo quod mag mirere corrūpebatur. Illud quoq Ciceronis ex politia platonis sumptum, quia nō corrupte sic legit: Neq ego si seriphius eēm. forem ignobilis. neq tu si atheniensis eēs clarus unqꝫ fuisses. Ὅτι οὔτ' ἄν αὐτὸς. σερίφιος ὢν ὀνομαστὸς ἐγένετο. οὔτ' ἐκεῖνος ἀθηναῖος. quod ita transfertur. ꝙ neq ipse si seriphius foret clarus fuisset. neq ille si foret atheniensis. Ergo apud ciceronē sic legendū est. Neq ego si seriphius eēm, forem, neq tu si atheniensis esses. Vel addas illud extremū licet, clarus unquā fuisses. Sed hec hactenus. satis ostendi. Nihil minꝰ ꝗ salustiū a me uel incursari uel emendari. Sequar in ceteris quoadpotero temporis ordinē. Varronem et festum ponpeium in exponēdo nomen

seriphius

20

uades uult aberrass Quis non dedignetur cum legerit varronis & Salustij nomen quorum tanta doctrina tanta auctoritas fuit ut eam cuncti admirari omnesque laudare queant ab nescio quo uesano latratore uiolatum. Quis non odio dignum putet hominem tanta uesania repertum qui ne primis quidem laudibus labijs latinam linguam degustauit. Omnes prese contemnat lingue latine scriptores. Et alijs multis me pogi guius prosequeris. quanto facturus melius dum meo bona tamen heres si crimen aperies quod mihi facis. Quid est te amentius atque eneruatius qui in causa iudiciali nec narras nec confirmas nec confutas. An speras tui similes iudices fore ut accusatore non probante reum capitis condemnent. & hoc tibi sufficere Laurentius ait errasse eos quorum auctoritatem ego pogius laudo. Laudas tu illorum audem pogi. At ipse non laudo nec quid sit laudato auctoritate intelligo. Non sufficit istud iudicibus ad pronunciandum si sufficit tibi ad calumniandum ad calumniandum. Affer loca reprehensionis profer uerba. Hoc cur non facis. nempe non tam quod inscitus es quam quod malignus & fallendi iudices audius. Nam uerba mea in elegantijs ut mox ostendam festum pompeium testem citant de varrone autem ita inquiunt. Vas inquit Varro appellatus est qui pro altero vadimonium promit

eneruatus

tebat. Consuetudo erat cum reus parũ eẽt idoneus ĩ
ceptis rebus ut pro se alterũ daret. Videtur uarro si
gnificare uadem eum ẽe quẽ fideiussorem uocamꝰ
et uadimonium fideiussionẽ. Nos ne hoc audemus
negare ita ẽe: qui possumꝰ: cum varro omnium con
sensu sit romanorum eruditissimꝰ. & linguę latinę
peritissimus. qui latinas lr̃as fecit. et latiniores et
literatiores. Vides quãta cũ ueneratioñ varronis
mentionẽ facio: quid illud quod sequitur. Verũ ego
nõ ausim reprehendere sed tm̃ affirmare me nõ legis
se duntaxat quatum aut recordor aut intelligo.
Vadem eũ ẽe qui uadimonium pro altero dat. si ua
dimoĩum sig̃ficat fideiussionẽ. sed eum qui spon
sor est alterius in capitis periculo. siue idem supplicij
subiturus siue pecuniã soluturꝰ. Vides et ut nego
me reprehendere eũ cuiꝰ tu nom̃ ais a me uiolatũ.
Vides ut & exceptione utor si uadimonium sig̃ficat
fideiussionẽ. Nam si nõ sig̃ficat, uerba mea pro o
nullis sunt. Nec dixi uarro ait uadem sig̃ficare. sed
varro videtur significare uadem eũ ẽe quẽ fideiusso
rem uocamꝰ. & vadimoĩum fideiussionẽ. Vides ut
nihil affirmo quẽ tu uesanissimꝰ latrator affirmas
detrahere varroni atqꝫ adeo festo, cuiꝰ post Cicero
nis, Liuij quintiliani exẽpla testimoniũ affero ĩgens.

plinius vas.

Quod festus quoque sentit dicens. Vas sponsorem significat in re capitali. Plinium his adiunget que ignorantie notet. Att. H. illud plinianum in vii. naturalis historie non placet mihi. Salue primus omnium parens patrie appellate et appellatus dicendum censet. Ego male scriptum putarem si

cloacam

ei placeret qui cloacam pro stomacho gerit. Quam pulchre pogi cum ceris dimicares. quam belle cum surdis contenderes. quam fortiter cum pueris luctareris. Verum tu mihi ceruus, surdus. puer uideris esse uoluntate homines fallendi non facultate. Nam cur ais. ego male scriptum putarem si ei placeret? Certe quod hec in elegantius uerba legisti, quam tu referre noluisti. Quare illud plinianum in septimo naturalis historie, nisi menda librarii est non placet mihi. Salue primus omnium parens patrie appellate. Sed sic scriptum ab autore suspicari libet. Salue prime omnium parens patrie appellate. Vel. Salue M. Tulli. primus omnium parens patrie appellatus. Cur non pogi sincere retulisti quonam modo uitium grammatice emendaram? cur tot uerba mea preteristi? cur quod non dixi facis me dicentem? rursus non facis dicentem que dixi? An hoc parum quo utor temperamenti est. nisi menda librarii est? an parum modestie id addere quod sic scriptum ab autore suspicari libet. cum presertim quod tu non ignoras uix ulli sint codices corruptius scripti quam pliniani. Non dicam hoc loco quod non est in-

stitute de calūnia disputatiōis fieri posse ut plinius utiqȝ
ī tam grandi ope lapsus sit ut ingt Horatius. Namqȝ
ope in longo fas est obrepe somnū. Et sepe bonus
dormitat Homerus. cū et Cicero ne de alijs plurimis
auctoribȝ tacā in signē admiserit soleasmū ī ocone
de accusatore constituendo. ut pedianꝰ notat. Si qͥs
iudices forte mirantur me ad accusandū descēderiȝ.
Hec dicerem longius si ut dixi eēnt ī stitute dispu
tatiōis. Nūc tm̄ hoc dixisse contentus sum adūsus
calūniā tuā/ te debuisse cogitare nōnūqȝ talia qͥdam
magͣ quoqȝ auctoribȝ accidere. Neqȝ pro magͦ flagi
tio putare ꝯ ī genus ōmnis loco ponere/ m̄ ꝙ hoc
dixerī. si quod nō feci dixissem. Ponā aliquos locos
ī quibȝ sua uesana castrametata ē adūsus eos uiros
quos antea notauꝰ. In uerbo senior qͥd fuit varro
plinius ut ipe ait asserit compatiuū ēe. ꝑ diminu
tione. Valla latini eloquij alūnus cont̄ sentit. ac il
los asserit nō recte eiꝰ uerbi uim intellexisse. O du
rā sortem temporū. quibȝ ignorātia inpͥ̄ho betur
o infelices ut ita dicā tot uiros doctissimos qͣꝝ me
moriā cū mille amplꝰ anis summa ī ueneratione
omnium gentiū fuit/ cum nob ad omne doctrīe genus
aditum patefecerint post tot secula in fabulā qͥn
dam detractorem temerariū incaderint. qui nūc

varro, plinius qȝ nō fuio.

tandem asserat se illorum errata patefecisse. quippe non
illorum errores qui nulli sunt sed suam dementiam que est ma
xima palam fecit. Assero me varronem et plinium istius
uerbi uim non recte intellexisse: assero me eorum erra
ta patefecisse: Aio istos asserere senior esse comparatiuum
pro diminutione: Et quomodo istud fieri potest. ut ego
asseram et illos asserentes sanam quibus libros eorum ista tra
dentes non legerim tamquam perditos culpa temporum amissos
Et tu ista mea inelegantissima uerba negant me aliquid
asserere; cum dixi. Si uere hoc uarro. et plinius aiunt.
aperte significans me non satis fidei habere. Seruio re
ferenti que tu homo asserere uerberari dignus, varroni
et plinio comparas. quasi tantum audatie sit. Seruium gra
maticum quantum illos reprehendere. cuius plurima
errata nunc in medium proferrem. non dico que ego preter
as dicitur ne latine? Dionysi. Minime mi magister
Gua. Cur ita? Dio. Quia grammatici hunc casum respu-
unt. Gua. Voca queso pogi filios tuos qui et si pueri
nisi hoc sciant uerberandi sunt. Non posse dici. lec-
no refrigessit studium. Quod ergo in puero uerberibus
dignum est, id in te castigandum non erit. Quid fiet
sub diuo. Si greca nosses ut nosse uideri uis sub dio
diceres. id est sub Ioue. ὑπὸ Διός. non sub diuo. Re-
rum quas misera perpessus per unam nauem que ut rerum
est iam didum appulit in portum. Unum pro quendam. ut
in uia hodie unum hominem amicum meum. Sepe et parme-
none meo audiui ac dromone. Et iamdudum pro
iam pridem. Appulit in portum. pro appulsa est nunquam au-
diui homo pastus aut uentus appellit quam nauis o-
Nam signum esset aliquale memoria remansisse
Plura ego a parmenone barbara quam ille a me la-
tina didici. Aliqualis aliqualiter. que nollem didicis-
se, nequam ys uterer ut tu facis: quam numquid a tuo et
a quoquo didicisti? cum quo genere hominum? Maior
tibi quam mihi est consuetudo. Rogo ut me certifices
et hoc culinarium uocabulum est. Ne deuenirent
in manibus fratris. Parmeno ades huc. dicitur ne hoc
grammatice? deuenerunt in manibus fratris. Par. Mi-

dñe. quis hoc dixit? Gra. Nempe hic pogius Par.
Certe pogius. quisquis ē iste pogius peius me loquitur
qui quoquinariā fecerit. queso mi dñe pro me q
quā pogiū facito. Nanq3 ad hanc rem uidetur
mihi sane idoneus, ut uultus promittit. aut certe
cellariū. Nam nescio quid uinaticū prese fert. Gra.
Abi hinc improbe parmeno ī culinā tuā. Nescis
referre modū quo tria fercula pani expor
tentur. Redi parmeno redi. fercula panni
inquit pogi tu qūo diceres. Par. Ego semp fercu
la carnis dico & fercula panis. Nūc succo que
pogi. ueni ī culinā meā, nō ferculis panis &
carnis. s3 fustibus pro pane. carnē tuā satiabo.
Gra. Tace iā parmeno. Scripsi ad te me abiturū
ad uos hoc mense may aut amplius ad festū
maij. Amplius ī istum sensum ubi repisti? Ci
cero cuius te cultorē ais. ad summum solet dicere.
Discutiemus diligenter hoc fasciculū cogitationū
mearū. Hoc fasciculū dixisti pogi? Par. Mi
ego quē tu p contemptū appellas parmenonem
nō sic dixissem. semp q3 fasciculos faselorum,
feniculi, herbularū dico tibi me attulisse de
foro nō fascicula forte hic de paruis fascijs lo
quitur. quib3 cogitationes īuoluit. Verū tunc
fieret fascicula. Iam scio mi patrone. recte lo

113

3 12

loquutus e pol, homo iste. fasciculeu hoc a fas decli-
natur. cuius genitiuus e, ut iste uult fascis. Gna.
iam otiosus es parmeno. Par. Ego uestre huic
cene condimentum, quod e mee artis, ad yma. Ideo
te rogo ut illos libros ad me q primum mittas si
illos habes. Sin autem, sumas mutuo a Nicola. Gna. Sin
p si no ubi ap Ciceronem legisti? Par. Quid illud
mi dne, sume librum mutuo. Ego non unq oleum, sale,
acetum, panem, uinum mutuor a uicinis, non sartaginem
ollam, cultrum, securim, pistillum, mortarium sed commoda-
to accipio. Gna. Tu iam pro me factus es iudex. Par.
assessor tuus ero si iubes, aut certe testis me doc-
trine, quam mehercule non commutauerim cum pogi-
ana. fac queso periculum uter doctior. Gna. Ap-
page sis. Vino cales. Par. At hic uinum olet dii te
perdant pogi ut uehementer crapulam exalasti e-
ructastique. Gna. Non hinc abis? Par. Si me uexi-
tas, etiam dromonem uoco. Gna. Penitet me huc
uocasse foras. Nam quo pacto cuius in manu uita
tua e, caue ledas. Quae cum omnibus grauia sint
tum mihi ceterum consueuerunt esse grauissima. o
Quid ita pogi aggessisti tum . et presertim . et gra-
uissima. Mallem dixisses. que cum omnibus tum uero
mihi grauia esse consueuerunt. Eo quidem magis
quod sint subiunctiui modi e. consueuerunt indicatiui. o

Vestes illas attritas que penes te sunt. cupio ut ven-
dantur. Par. Licet ne dne? Gra. Minime. tace si
sapis. Par. Ego sapio. s; hic sermo mihi no sapit.
fatuus enim est et insulsus. Gra. Abi hinc abi hinc
dico. Par. Ho abeo. dromo dromo. Gra. No taces.
Par. Dromo herus te vocat. Dromo. Quid vis here.
Gra. hic tuus e herus. is iubeat quid velit qui
mihi nihil optemperat. Par. Sublime intro hunc
rape quantu potes in stabulu nm. Dro. Quo? Par.
Pogiu hunc. Dro. Qua obre? Par. Vt i stabulo tibi
subserviat et mihi qq; i culina. Dro. Quid fecit?   i culina
Par. latinitate gramaticaq; tanq; ollas franget. qm
nisi phibeamus. actu est de lingua latina. Et po
stea italici nos trasalpinos barbaros vocat. cum
nemo italicor; pter hunc unum herr; gramaticus
sit. Dro. quid iste dixit? Par. Cupio ut illas vestas
attritas attrictas vendantur. Dro. Magis ipe attritu caput
ht q; ille vestes fuerut. Sed quid iubes here. huccine
attritorem confractoremq; latinaru ollar; i sta
bulum rapio. ut cum caballo et asino vitam   caballo
degat? Gra. hunc tu asino credis caballe?
Appagete ambo. Tum quia vidi paulo comotus
pp has ad te meas, quia difficaliter tolluntur. Pau   paulu et
lo comotiore dicimus no paulu. pre comotum   paulo.

paulum non paulo. Et difficile difficulterque non dif-
ficiliter. Par. Iste sunt suptilitates italicorum vane
in quibus nullum peccatum est. tunc vere peccatur cum
gramatica tanquam bonum pulmentum secordia quoqui
corrumpitur. Gra. Tu ergo illa iudicato. her ego
quoque iussu meo ac partibus repugnantibus factus es
iudex. Par. Nunquid hic alter recusat me iudicem?
Lau. Ego uero te. nec iudicem. nec assessorem. nec te-
stem, nec aduocatum recusauerim. Ita mihi uide-
ris quoquorum omnium quos uidi doctissimus. Sed
uide ne hic sint. quibus magis placeat manus tue
quam lingua. Par. Quid tu putas bonum quoquum esse
posse sine lingua et palato. Mihi crede, boni quo-
qui magis lingua palatoque agunt quam manus. Non
uides ut magire quoquorum quem herus meus uocat
archimagerum. non manibus utitur sed lingua ac pa-
lato. Quare si sapis sine me tanquam archimage-
rum uti lingua in hunc succoquum meum. qui bar-
baram linguam habet. utinam possem et manibus uti.
Scisne quando archimagerus utitur manibus? quando
peccantes succoquos uerberat. Gra. Iam me ene-
cas lingua tua parmeno. reserua istam ad tua pul-
menta. Vereor ne hic eam sic defatiges ut po-
stea nihil intelligat. Par. Mi here. cum lingua

loquendo ueluti pinsendo defessa ē, nūc calfacta p̄- pinsendo
cipue sapores intelligit uini presertī. Si nō credis
uel pogiū interrogato qui singularis mihi uidet
uidex ac censor uinaliorū. Gra. Iam desine. Hec
nūc quoqꝫ illum mitto sed infra paucos dies certū
quid sciemus. Hoc tu uitiū nō uides parmeno,
pro ne nūc quidē dictum ē. nec quoqꝫ nūc. et In
fra paucos dies. pro intra paucos dies. Melius ē
peccare ī hāc partem q̄ ee oīno incredulus. Qd
nūc dicis parmeno. Par. nescio quid uelis uide
re uideor. dic tu dromo. Dro. Quid nō uides
bestia illud incredulus. Par. Per iouē istuc ipm
animaduerterā sed subdubitabam, uere bestia. Nā
quid subdubitare oportuit. an dicendū eēt In
credulus. an incredulū. Sic ēīs construitur, ee
oīno incredulū hoīem se peius q̄ eū peccare.
ī hanc ptem. Nanqꝫ ita construendū ēē ma
gister meus rodulfus therhoph, nos docebat.
Aristoteles dixit democratiā oībꝫ peiorē
Gra. Quid hic parmeno & dromo. Nā iudicum
nūs creuit et testiū. Dro. Certe oīum pessimā
ego dixissem nō peiorem. sic hic homo est
oīum pessimus. nō oībꝫ peior. ne se ipo q̄ꝫ peior
ee dicatur. Q̄ suplatiū ad ea que sūt eiusdē gnīs

comparetur. Compatm uo ad diversi. Gra. Dignus es Dromo qui tam recte loqueris ut de stabulo i aliud honestius te transferam misterium. Dro. Sed quis caballum et asinum tuum curabit? Gra. Quasi desit qui illos curet. Par. En pongum tibi dignum moherculle qui asinum agitet. Gra. Mitte contumelias. Summa cum cum iocunditate. Non sic loquimur pogi.

iocunditas cum voluptate dicimus cum, non cum iocunditate.

voluptas dicimus enim iocunditatem vocis / orationis / aspectus. quasi amenitatem. hoc est illud unde nascitur voluptas. Non cupio divitem fieri. hoc est valde opulentum. Neque hoc tacebit parmeno. Par. Modo dicebar incredulus pro increduli. nunc aut divitem pro dives. Ante putas factum superius emendasse posteriore. Medius fidius non alio modo quam fecit nuper socius meus gotschalchus qui quondam a me reprehensus est. fuit enim adiutor meus in coquendis epulis nuptialibus / quia in prandio carnes quasdam parum elixasset, vesperi cum assaret gallinas pene conbussit iterumque a me reprehensus. respondit minus et nimis si commisceantur efficere temperamentum. Ut si minus temperatum aqua vinum cum meratiore commisceas, fit tale vinum quali uti solemus. Quo responso perturbatus ego fateor non

Lingua sum usus sed manibus totoque pugnis hominem co-
tundi ut omne quod sorbillaverat unum coegerim evo
mere. Quod item si liceret in porcum facere qui cum
semicrudis semusta permiscet que convivis suis appo
nat. credens se vitium vitio emendare. Peractis ex
more solemnijs pluviali veste indutus est. Inde cum
pontifice tum imperator equos ascendentes unà ad
versus pontem Hadriani proficiscuntur. Gra. Eo-
dem modo locutus es quo quidam qui librum suum inscrip
sit, de insignijs et venijs. cum dicere deberet insi-
gnibus. Eadem ratione dicuntur insignia et solem
nia. unde sit insignibus ita solemnibus dicendum est
Versus quoque pontem negant grammatici dici posse. sed
pontem versus. Illud quoque equos conscendentes. ego
maluissem dicere equis conscensis. Supra pontem autem
cum transiret. descendens ex equo complures strenuos
viros atque adolescentes militaribus insignijs dona
vit. En tu quoque porci dixisti insignijs pro insignibus.
sic solenijs pro solemnibus. et complures dixisti pro com
plures. Ubi enim legisti complures? Par. Istud ego fre
quenter audivi. Gra. Ubi legerit quero, non ubi au
dierit. nec de recentibus scriptis loquor sed de vetustis
Etiam supra pontem transire magis est avium quam homi-
num. Homines enim super flumen transeunt sed per pontem

solenne n. cap.
insigne

116

Et nisi esset mendositas exemplariorum non essem mole
stus leonardo. bellum lucanum summa stultitia ceptum
nescio quem finem habebit. Tyrannus ille lucanus qui tamdiu
illam urbem oppressit. Exemplariorum simile est insignis
et potentiis. An putas hec similia esse illis que Marco
bius colligit qualis est saturnalium et saturnaliorum
bellum quod lucanum pro lucense posuisti proinde ac si po
neres reginum pro regiense. Alii enim sunt lucani a pro
uincia supra neapolim posita. Alii lucenses a luca que
est super pisas. Propter inopiam exemplariorum ut presto
possim discedere. En verum exemplariorum pro exemplarium
presto quod pro cito posuisti cum significet paratus. semperque
positum reperiatur cum verbo substantivo ut presto sum.
Ego dixi sibi: Ipse autem rogat me semper ne ad eum. Abite
parmeno et dicamus hinc paulisper. ne contra me testi
monium perhibeas. Par. Quid ita hercle. Gra. Quia tota
vos dicam semper ita loquentes. Par. doce nos obsecro
Gra. docebo. qui aliquem quoquam verberas. aut minus
aut nimis coquente cibos, te multo magis esse verbe
randum cum te dico et dicemone et pogium dico. qui cer
bos non coquendos coquitis et coquendos non coquitis. Par.
Tamen ego nunquam feci. Gra. An hoc non facitis cum
patri dicatis sibi. et presse dicatis eum. dicendum enim e
rat. Ego dixi ei. Ipse autem rogat me semper ire ad se.

Par. Here. Miror cur nō moriātur omnes. Gra. Quid
ita? Par. Quia nemo iste a pepto ē: qui nō dat
cucurbitas crudas. et pepones coctos. Gra. Quid istud
ē? Par. Nō intelligis istud ipsum quod dicis de cibis
coquendis ac nō coquendis. Nam cum dicimus
si tibi fides habenda ē. Ego dixi sibi pepones
coquimus cū cursus roget me servus rē ad eum
crudas cucurbitas edimus. Gra. Sileo iā atque audio.
Nec miror accolas circumvicinos. Pene namque ydem
sunt accole. Demus ut circumvicini reperiatur. qui
sunt alij accole quam circumvicini? Pene namque ydem
sunt accole qui finitimi. Finitimas opinor dicere
volebas. Dro. Istuc ē mi here ignorabam. Tribus
fere stadijs ex eo loco reni cadentis rumor exa
uditur. At istud nō ignoro mi here in quo ut
mūc pogius ita plerique italici errant. Cū apud
nos nemo erret. Nos ēnim dicimus rumorem
vnū rumigerulus; p vulgi sermone de re aliqua
noua. Vos vero p strepitu et fragore. qualis ē
reni. qui nō longe a pria mea de montibus
cadit. Sed iste poeta quo nā vocatur nomine? Par.
Poggius. Dro. Iste inquit sive pogius sive porcus nō
ruminat, cū rumore in isti sensum accipit
fenestrelle p pluries dimisse. Gra. An ignoras
mi pogi scriptorē Mir vocari ee fenestellam
a fenestra? cur tu ergo. R. interposuisti? p plu
res quoque nō dici sed complures iā admonui

pepones
cucurbitas

etiā fenestre non dimittuntur. sed canistella &
funes ꝑ fenestras. Tu aūt significare uolebas ut
opinor illas fuisse solo propinquas. Composita
mensa desup aquā natante. desup aquā tu dixi
sses diomo. Dio. Audiui. mentior mentior
aduerbiū ē desup / nō ꝑposito ideo casui non
seruit. Gra. Dionisi. Dic aliquod ē ingenio exēm.
huius dictionis desup. Dio. Desup alcides telis pre
mit. Desup aquā fluitantes. En iterū desuper
aquā dionysi. Dic aliud site exēm. Dio. Tum sil
uis scena coruscis desup / horrentiq3 atrū nemus
imminet umbra. Qui eā pilā capit / potior habetur
usq3 iterū proyciat eā ad ꝑsonā sibi acceptiorē
cū illā multi petat. Gra. per ꝑsonā ꝑ corpe hoīs
ponis. quale ē mittere pilā ad ꝑsonā. ubi legisti.
Tu. dionysi utrū hec dixisses potior & acceptior
an potissimus & acceptissimus. Dio. Nempe
ꝑ superlatiuū / qꝛ de compluribꝫ sermo ē. usq3 cuius
gnis. Dio. Mi here. hic adolescens discipulus tuus
senex ē. ille uō senex. adolescens & puer. sed q
iā discipulus ēē. desiit discere amplius nō posset
Par. Minus dediscere - iā nihil admodū didicit
Dio. An didicerat nescio. Si didicit ꝑfecto iam
dedicit. Gra. Sinite respōdere adolescentem.
Mihi crede abiret insudores. Est ne hic q̄pp̄iā

tii? Dio. Abiet p abibit. eo enim futurum fiet ibit non
ret. Volebam Lucretium p quindecim diebus. Gva. Quo
tu hoc dixisses? Dio. ad quindecim dies. Gva. Cur ita?
dio. Quia sic diceretur pro quindecim diebus ut p aliis
meis quippe ea re indigentibus. At dies non indiget
libro. Nihil est umquam de te novi quis sepius inve
stigavi. Investigo uestigando invenio. Gua. Quid
differunt dionisi uestigo et investigo? Dio. Vestigo
qui p uestigia quero. Investigo uestigando invenio. Ipse
habitat penes sanctum petrum. ego prope Cincium.
Gva. Tu ne dionysi sic ita dixisses? Dio. quid ita dixis
sem penes et prope? cum presertim abs te audierim
penes esse aliquid in arbitrio et qui in manu est. Neque
tamen damna extimanda sunt: quantum dedecus et
ignominia. Gva. Et hoc ita dixisses? Dio. Mini
me sed tanti et quanti ut te semper audio loquentem
Dio. Nunc taceo cum audio a puero senem doceri
Pac. caballe et asine. Negabas modo hunc posse
discere. nunc contra doceri ais. Dio. docetur quidem
pogius sed non discit. An putas omnia que magister
docet audientes discere? Pac. Me uincis. Itaque
intellige me non dormire. aut te uerbis pascere
et inani pollicitatione ut ceteri. Pac. hinc ego
p dionysio uindicabo. Hoc tale initium est quale superius

nominativus pro accusativo. Itaque hunc nominatim accusabo
ohe pogi, ohe, cur sic barbare loqueris? ut barbam tibi
prope vellam. Gua. Cave vellas, verberabo. Habet
ortum egregium in quo est fons irriguus. Ha pogi
fontem irriguum dicis? quid appellares ortum? Tu
dionysi quid diceres? Dio. Ego ortum dicerem irri-
guum quod irrigaretur a fonte. Verum apud virgilium le-
gimus irriguum fontem, in quarto georgicorum, et ir-
riguumque libant violaria fontem. Gua. hoc est quod
parum cautos facit fallit quod putat sibi licere quod
poetis. Dicat enim idem virgilius. Sedere carine omnes
innocue. hoc est quod fracte non sunt. Itaque sicut hic
irriguum	posuit activum pro passivo, nam innocuus est qui non nocet
quod nunc positum est pro navibus a terra nocitum non est
ita illic activum pro passivo pro activo. Est enim irriguum
quod irrigatur non quod irrigat. Sed quae inculpanda
avaritia sacerdotum, vel potissime apti videntur quos
illi dignificant. Certifices me item siqui libri
venales	petrarce sunt venales inter istos. Colucij. Tune di-
ceres dignificant et certificant? Dio. Ego vero
potissime quidem dicerem si potissimum. et dignos
facit sive pro dignis habet. et certiorem me facias.
Sed is presto scribet et ego ad vos e cestu veniam. Gua.
Quid hoc. Sic tu loqueris? Dio. Immo sed is celeriter

scribit. & ego ad uos propere ueniam. Nam quoad animū ita excessit e uita. ut qui sponte abeūt nō qui eiciuntur. Gva. Illud quo ad animū tu quo diceres? Dio. quantū ad animū primq. Nā quo ꝑ quantū nō audiui. Credo tñ me prope diem bn̄ ualere. & rem me confecturū ut spero. Gva Iccine aīaduertis aliquid? Dio. qđ frustra gemi natur me. Gva. Numqd aliud?[b] Dio. qđ ualiturꝫ dicendum ē ut confecturū. Gva. Recte sentis. Ex stimo. libros antonij nisi quid ille secus statuit uentū iri debere. Gva. Quid hic aīaduertis? Dio Nempe qđ uentū iree nō iri dicendū fuit. Gva. Quare? Cur ita? Dio quia nec uapulatū iri dicimꝰ sꝫ iree. Gva. Quadre? Dio. Quia in uerbis que ambigua sunt. qđ actiue & passiue accipi possunt / ad distin guendum sensum / accōmodamꝰ infinitū hoc / uel actiuū uel passiuū. Vt uideo te amatū / doctū / lectū / auditum iree uel iri. Talia ēm supina ambi gue siue ancipitis significationis sūt. At uentū / vapulatū / & siqua sunt alia. nō sunt ancipitis. sꝫ semꝑ passiue significationis. Ideo nō potest addi utrūqꝫ sed alterū infinitiū. hoc ē. iree nō iri ne duo passiua copulentur. Gva. Numqd aliud aīaduertis? Dio. supuacaneum ēē illud debere. sic. ēm isti loqui solent dicimos

b. Dio. qđ supuacaneū duorū uerborū al terū ē. credo / spero / Gva. Numqd ēt aliud?

49

parmeno, dominus iubet q debeã ire ad forum.
membrane Sacculũ accepi inquo membrane erant. una cum
funiculo. que iã oratori ex parte amicis dedi. Par
Tu nos rephendis dionysi. qui magistri aut rectere re
phensores huius urei sumus. Mi here hoc contrariũ
illi uitiũ est quod pogius sugius ad misit. Nam
ut ibi dixit. hoc fasciculũ pro hic fasciculus ita hic
funiculũ e contrario hic funiculus pro hoc funiculũ. Hoc p
fecto ē uitiũ uerberibz magistri dignũ. nõ illud o plagosi.
quod ī not iste rephendit. Gra. Numqd hic aliud
uides? Par. ego nõ aliud. Gra. Quid tu dionysi?
Dio. Opinor dicendũ feniculũ nõ funiculũ. Gra.
Recte sentis. Nicola nr̃ cũ est longus nã tum in
rebus suis uacandũ fuit. Quid hic uos mei uidetis?
Dio. Dic tu parmeno. qui uendicas tibi facultatem
pogiũ rephendendi. Par. Dic tu dicomo. Dic. Audi
amicus dionysiũ forte q dicit nihil erit. Dio. Ubi
sunt hec. cum q tum. ibi ē semp idem suppositũ
Nũc nõ pot illud Nicola suppositũ ee illis, uacandũ
fuit. cum dicendũ fuit ut sit Nicole uacandũ fuit. Dic
Istud q ais dionysi nec ego curo nec aliqd ē. nisi
senis herus sentit Gra. Ego tũ dionysio sentio,
q ea re ipm interrogaui. Verũ ī hoc malo te in
terrogarẽ dicomo quod sequitur. Sis contentus librũ
aula castratelli. Quasi tibi sermo hic uidetur? Dic

de castratello loqueris? Gra. Et de isto et de alio. Dio.
Mallem te interrogare parmenonem qui carnem castra
tinam emere solet et coquere. Sic enim uos appellatis
italici. An hoc est quod me interrogas quod castratum di
xit pogius pro ueruece. Vere est ueruex quem pueru
culo dixit castratellum. Gra. Numquid est aliud? Dio. libreu
cula non placet mihi et nescio quare. Nam et potius
dixerem castraculam quam libreunculam. sicut enim non dici
mus libreunculus ita nec libreuncula dici debet.
Gra. Quid non ergo pro libreunculo dicis libreum paruulum. Dio.
Certe libellus. Gua. Sic nunc de parua libra dicas
quam male libreunculam dici sentis. Dio. Ha ha. intel
ligo libella dicendum sicut de labro labellum. Dij tibi
pogi de istis tuis uerueanis siue castratinis labellis
ac labris non unam libellam sed duas libras carnis au
ferant ut linguam ostendas que tam barbare loquitur.
Te autem non potui conuiuari quia domus erat tepida.
Gra. Quid hic est dionysi uitij? Dio. Quia conuiuari de
ponens est non imitare aliud inconuiuium sed in conuiuio
esse. Emas mihi lecticam uel nouam uel ueterem. Nam
in domo sum quasi forensis. Gra. Quid hic est uitij
lecticam qui est paruulus lectus pro fulcris accipis. que
sunt tabule compacte super quas lectus ponitur. Item
forensem pro extraneo et peregrino sed ita semper par

meno loquitur quam dromo. ideo uitium hoc non uidetur
Verum ii motus parantur ut unumquemque reddat con
dicio fortune sue. At hoc uitium fortasse isti uidebit
Par. ego uideo peccauit quis. Dro. Et ego uideo multo
ymo potius parmeno dixit. Par. Immo me tu potius
qui prior cepi. Dro. Non debuisti incipere / expectando al
terum fuerat modestius. Par. Cur ergo tu me non ex-
pectas? Dro. quia tu non prior me expectaras. Gna
Quid id tempus teritis? quod alter dixerit id utrumque
dixisse existimabo. tu dromo concede coquo. parmeno
omnia res est coquum habere inimicum. saluberrimum uero
atque dulcissimum habere amicum. Dro. Recte admones. habe
re dic mihi parmeno. Par. cuius in uerum atque ca
strariis dicere isto modo? quid uult mi dromo ante
se uerbum reddit? Dro. Accusatiuum. Par. Nunc quid
habet? Dro. Notatiuum. Par. Quid post se? Dro. Genitiuum
Par. nunc quid habet? Dro. Latinum. Par. Ergo ambo ho-
minem accusemus. Dro. Immo uerberemus. hem dor-
mit. Par. pol dormit. et ut opinor usque dormiuit
Gna. Excitate hominem. Par. Cingula pogi. Dro. Dor
mit apertis oculis. surge pogi surge. Po. Quid
me pouitis? quid me excitatis? Dro. quod apertis
oculis dormis ut lepus. Po. semper sic dormio. Dro
Itane cum dormis oculos habes apertos. cum quis tecum lo
quitur aures habes clausas. Po. Quis mecum loquitur?
Dro. Grauius. Po. ubi is est. Dro. En tibi. Po. Tu

hic.

Hic eras guarine? Gra. Immo tu hinc abieras pogi.
Po. pecastore nihil siquid dixeris audiui. Gra. At
unum audi quod restat. Si uolum decadarum tibi
placereq. ubi repisti decadarum? Po. an non decadarum
dic sit ncadarum. Gra. Non decada dic sit ncada sed
decas Po. istud tuum grecum est. hoc meum latinum. sed
fac istos abire si uis ut de ceteris respondeam Gra
Iam nihil est quod amplius notaret laurentius.
Po. Notet si uolet. sumat alios quoscumque emeris
libros. Gra. placet. Lau. fiat et pecta reliqua.

13
121

Laurentius.

Oncedamus in hanc sane ame
na, et quoquo uersus prospicientem porticu
nobilis adolescentis. et inter primos docti ac facundi.
Marcellus caput ferreum. Ro. Marcelli capitisferrei. ut possimus animos molestia
disceptandi affectos loci amenitate relaxare. Gra.
Illiusne honesta ac liberali facie adolescentis, qui
nos modo cum equo veheretur, salutauit, ex hac do-
mo egressus. Lau. Illius uero. Gra. eo magis in eius po
rticum concedamus, si modo idem pogio placet. Po. Pre
stolamini istic mihi. dum ad meam sane propinquam
domum recurro, ut id afferam de quo iudicandum est
Gra. Nempe opinor libros. Po. Nam quid aliud? G.
Sed quin potius mittis famulum? Po. famulum inquis?
tu ito si sapis numquam famulo aut libros, aut pecunias
aut uinum crediderit. si hec pretiosa sint, cetera si bo-
nus ille est, credere potes. Lau. Quid uestes? Po. Qua-
pecunia si non appellatione pecunie contineantur et uestes?
Lau. Quasi non et libri et uina eadem appellatione
contineantur. Gondi. Here quid ergo libros et uinum
famulo non credes uxorem credes? Po. Quasi non u
xorem possis excipere ut libros, uinum, pecunia. Gondi
Atque tractatio uxoris magis quam librorum pecunie, uini
periculosa est, etiam magis quam uitri. Gra. Abi hinc scelestе
cum ista loquendi licentia. Po. Noli castigare famu

Lum meũ Guarine · hũc hanc famuli mei apud
me nõ modo loquendi / sed etiã faciendi licentiã . p-
terq; in libris ut dixi / mirasz de pecunia . Lau. Quid
tempus terimus . Cur nõ is · Iam reditũ oportet
Po. ne festines . nã te magnope festinasse penitebit
Lau. omes affertos libros tuos . Po. eorũ tibi uel
unus satis supq; fuerit / ne te putes omes posse
reprehendere . Lau. Quot possim experiere . Po. Scio
quid agam . Lau. etiã restitas ? uereor ne tãto non
redeas . Po. ego citius q̃ uides redibo . Lau. Si ex
uolem pectas dum uolem nisi redibis . Po. faciã ut cũ re
dero auolaũ istinc aspicias . Lau. Cũ gladijs uenies
an cũ libris ? Po. Libri mei dum lacessuntur gladij
sunt . Lau. Etiã ne tui libri ut tu irasci solent ? Po.
Et quibz irreuerenter tractantur . eos uelut gladij
punctim cesimq; fere feriunt . Lau. Sz quid ego tibi
in mora sum ? Po. propere adero guarine . Gua.
facito cõmodo tuo . Lau. obambulãmus ne gua
rine an considemus ? Gua. ut tibi lubet . Nã ego
dubito . quippe qui mallem obambulare q̃ sedere
sz timeo ne apud stoicos peripateticũ agã . Lau.
Quid ita . Gua. Qui stoici a portu q̃ grece ut scis
dicitur stoa στοά . et peripatetici ex ambulando
sũt dicti . Quo fit ut ab suetũ dũtaxat stoicis
uideatur ee in porticu de ambulare . Lau. Si istic istuc

ne stoicis displiceat, times, quid ni timeas q; ne pe
ripateticos offendas. si uideant te i portícu. quasi q̊dam
stoicorum theatro considere. Gra. Recte admones
ideoq; ne alterutros offendam, obambulemus sed
intra porticu. Lav. Si volumus epicureisq; more g̃re
eccos amenos etiã ortos quibus epicurei delectaban
tur, genus hominu. et si uulgo male audit. frugi
admodum et temperatum. Sed en tibi pogius festina
bundus regreditur. Gra. Strenuus fuisti pogi. et opi
nione mea celerior. Po. Verebar nequid tibi iste me
absente psuaderet. Lav. de hoc tu uiro optimo no optie
sentis. Po. heus tu suspitiosa res e controuersia
Nec prudentis sine re aduersariu et iudice collo
qui. Lav. quia noluisti credere famulo libros
necesse fuisti credere aduersario iudice. Po. et pp̃ eare
co ppere redij. Gra. No fuit cũ pogi cur redire pro
perares, nec postulo ut inter fidem mihi hñres ferre
sententiã. Sed ubi sunt codices. Po. profer. Gondi
librum. Gondi. En tibi liber uxore carior. Po. Neq;
istuc tibi doleq. Gondi. Immo placet et pplacet. Lav.
Quid tu unu modo attulisti libru. Po. satis tibi
sup futurum, ut predixi. Lav. Curu ita satis mi supq;
mihi erit. Po quia is est. que nouissime coposui.
Annota i eo siquid potes que ausim dicere ipam
mi Mineruã dictauisse. Lav. Tu paulo an que

mallem de tuis libris sumere, offerebas electionem. nunc
ipse pro me eligis. Po. An tu malles ut contra te quam pro
te eligerem? Lau. Iocus mea verba interpretaris.
atque a me dicuntur pro me hoc est loco meo. dico
me nolle ut tu eligas. Nam istud eligere pro me pla
ne est eligere contra me. Po. An non semper eligenda
sunt optima? Hoc autem ex operibus meis optimum est.
Lau. Non cupio adversarium partes meas presumere
Po. Melius ego mea quam tu nosti. Mihi crede nullum pos
sem e meis libris meliorem eligere. Neque te debeo
permittere, eligere pessimum. Vide quam tecum agam amice
Si de gallinis anatibus, anseribus, columbis turturibus,
meis velles eligere pessimam id te non sinerem facere
sed pro te eligerem optimam. Lau. Di te divitem faci
ant gallinarum anatum, anserum columbarum turturum
copia, qui tam munificus et in adversarios es. Verum
timeo danaos et dona ferentes. Itaque sine queso
me meo arbitratu istam gallinam sive anatem,
anserem, columbam, turturem, eligere. Po. Numquid tu
aliam quam optimam vis? Lau. Non aliam sed quam tu
sentis esse optimam? Po. Nempe pinguissimam. Lau.
Atqui talis non est liber tuus. Po. Quid ita? Lau.
Quia non pingui minerva et crassa compositus
est. sed ab ipsa minerva dictatus. quanto librum quis

audeat reprehendere. Po. fateor nihil in eo pinguis
esse et crasse minerve. et ideo esse optimum. Lau. Cur
igitur eum pinguissime galline. anati. anseri. columbe,
turturi comparabas? qui si forent pingui Minerva com
positus, promitterem tibi per me electionem. Haberem
enim quod notare possem in eo. Hunc eum elegisti qui tibi
optimus mihi pessimus est ad nostram contentionem
Po. si tibi ipsi confidis. hunc sumito. cuius vel parva
reprehensio pluris facienda est quam alterius magna. Gua. Ridi
gere more pogio laurenti, non absurda admodum loquitur
Lau. Age fiat. Dii gallinarii et anatarii et anserarii co
lumbariique et turturarii vortant bene. Timeo enim ne
nihil esculentum in ista pogiana gallina vel anate
inveniam. Gua. Quid times laurenti. Numquid si nihil
reprehensione dignum compereris. victus discedis? Neque
enim aliter superaberis quam siquid falso obieceris. Quod
item inter pogium fit, siquid querere in libris laurentii
noles. vinci non potes. siquid forte non inveneris. sed si
falso dixeris te invenisse quod reprehendendum non esset
Po. probe inquis guarine. sed nolim laurentium ser
vari atque insectari verba. sed res atque sententias. Lau.
Etiam ne hoc postulas pogi. idque eo in opere quod a
minerva dictatum? Po. Minerve non de verbis cure
est sed de sententiis. Lau. Itane parum momenti in ver

e sententia

bis &c. in quibus si non insunt sententie tamen insunt sensus.
quos negligendos esse ne Minerua quidem nec apollo
nec iuppiter dixerit. Verum prius facito certiorem me
quis iste sit liber. Po. ille celeberrimus tertio abhinc
anno compositus. de tribus conuiuialibus questionibus.
En accipe. Lau. Ideo guarine tantopere confidit huic
operi poggius. in cuius proemio si memini sibi promittit
immortalitatem. legamus. Non nulla hactenus conscripsi
que iam inter multos diffusa longiorem mihi paulo post
obitum uitam allatura uideantur. Quantulum est in
isto opere sententiarum quod ausim ut abs te dictum
reprehendere. Cum in persona tua loqueris fere totus
in recitandis auctorum testimoniis es occupatus. ut
uix quippiam tuum possim notare. Cum in aliorum. si quid
notaro excusabis consuetudine dialogorum. in quibus
non possunt dici uera omnia ab his qui utrinque
disputant. quale est quod nicolaum facis ultimo loco
respondentem, cui quia nemo contradixit, significas
eam tuam ipsius esse sententiam. Hancque legamus. Omnia
esse preclara et memoratu digna ab iniuria atque
iniustitia contempta sunt legibus perfecta. Ut sic
descendamus ad nostra, quid hac etate. nonne lom
bardie duces ueneti, florentini. multique preterea,
aliena appetendo rapiendoque creuere. quibus nulla

uix

augumto

lex imperat. neque eius reguntur imperio. Credo cum
florentinus populus, aut veneti alicui bellum inferunt
advocant uncis peritos. & eorum consilio indicunt bella.
an potius utilitate & augumento sue rei publice ducun
tur? Abige hinc ergo leges & iura tua que sunt im
periis propagandis, querendis regnis, & rerum publicarum
amplitudini impedimento. Et alia in hanc sententiam
permulta. quorum verborum scriptor fustuarium mere
tur atque in furca suspendi. & illic non modo ab iis
qui nominati sunt ducibus venetis, florentinis. sed
ab omni humano genere lapidari. Hoc non dionysius
non phalaris. non xerxes non aliquis quispiam aut tyrannus
aut latro dixit. ausus ius divinum humanumque dam
nare, cum omnes in quocumque terrarum genere libri de iure
gentium & iure bellorum societatis, civium, hospitumque
uno ore consentiant. In hac tam perdita non hominis
sed leonis aut lupi sententia non unius viri oratione
sed totius humani generis acclamatione esset obviam eundum.
Quam tamen hic ab alio non a se dictam excusabit. quasi
ipse non illam pro sua scripserit. Talia plurima eque
notare possem nisi hic sub umbra se aliene persone
occultaret. Po. bona verba queso. ista ut inquis laurentii,
alius dixit non est, neque te bonitatem sententiarum eparare
re iubeo. sed an aliquid quod ad hunc reponendum pertineat

peccauerit. Lau. Cur nō me iubes celū pugno fe
rire. Vis me hunc librū potissimū sumere ad notan
dum. que accuratissime condidisti. Vis me de
uerbis notandis nullū uerbū facere. sed de sniis.
Vis postremo ipsarū sententiarū nō bonitatem
excutere. sed nescio quā bñ cōponendi rationem.
Gua. quid laurenti stomachabaris? quasi nullus
tibi sit alius liber ad excutiendū quā nō ab isto
quem accepisti initiū. quam primū queas discedere. Lau.
bene admones. Cedo alios libros pogi. hinc missio
faciamus. Po. Nō nisi te a me uictū esse fatearis.
Lau. Iste iudices sunt partes alterū uictorē alterū
uictum pronunciabunt. Po. si tu causa cedas immo cadas
iā nō est amplius opus iudicis partibus. Lau. Itane
loqueris? faciā profecto ut te uictū nō tu quidem
confitearis. nō enim est hoc abste postulandū. sed
ut iudices pronunciet. Animaduerte hic quæso Guarine
cuius partes hic me precipue iubes. Agendū pogi
nonne ex arte oratoria iubemur magis uerisimilia
dicere quam uera? suauemque ubique in personis ac rebus
decorem? hoc quoque abste profitetur inspiciamus. Le
gamus librū. Cum me ad terram nouā natalem
patriam cum familia contulissem uenit eo postmodum
rogatus a me qui florentiā ob negotia publica

125

adibat, paulum de uia concedens. Carolus Aretinus
vir omni laude ac doctrina preditissimus. Is enim
pluresque alii in quibus erant viri doctissimi. Bene-
dictus Aretinus iureconsultus ac Nicolaus Fulginas
insignis philosophia ac arte medicus Aretium petie-
rant pestis uitande gratia. Contigit autem ut eadem
die et Nicolaus ex Aretio ad curandum egrum quen-
dam accersitus et Benedictus in patriam iturus simul
me convenirent. Magna me autem voluptas cepit cum
viderem tres ornatissimos uiros. mihique singulari
beniuolentia coniunctos forte in idem loci conuenisse.
Qui omnes cum hortatu meo in hortulo mecum ce-
nassent, post uarios inter eos sermones habitos remo-
ta mensa, cum tempus abeundi uideretur. Age iam
moris est Carole Benedictus inquit huic hospiti no-
stri gratias. qui ita hilare atque humaniter nos
excepit. Scis enim consueuisse homines agere post
cibum gratias his qui ad cenam uocarint. Sicui uero
agende sunt huic est profecto. cuius opera non solum
epulis sed etiam uario suauique sermone cena condita
fuit. Quomodo istuc Pogi ait uerisimiliter
narras aut cum decore? Et ut prius de eo quod prius
proposui dicam. quid fieri potest ut post cenam que
uariis sermonibus traducta est. tum temporis fuit

vt de tribus questionibus disputaretur. quas tu in
librum retulisti ad quatuor amplius multa versuum
quantum verborum nescio an in ullo dialogorum Cice-
ronis libro contineatur / factum intra medium
diem: cum confecti in calce libri scribebas. Sed iam
satis collocuti sumus aliquid tandem est tem-
poris de ambulationi. Hec cum dixisset surrexi-
mus portamque oppidi egressi ad fluuium ductimus
aeris animique gratia. O solem pogi illo die
stabilem nec se mouentem credo subauscultabat
sententiarum suauitatem aut conuiuio interesset
ut non nisi iussu vestro discederet ad occasum.
quemadmodum fecit olim iussus a Iosue obstante.
Ad quanto minora colloquia apud Virgilium
Sibylla inquit. Nox ruit Enea, nos flendo du-
cimus horas. Apud te pogi nulla fuit interuen-
entis noctis cogitatio. Putabas te fortassis esse
ubi aliquando fuisti, in extrema germania / aut hiber-
nia. ubi noctes breuissime sunt estate et spe-
ciem diei habentes. Po. Immo uero cenam pro prandio
posui ut multi fecerunt. Lau. Qui sunt isti mihi
profecto siqui sunt non nisi poete fuere. Quamquam
non vides te tecum non constare? Si tempus animi
erat fugiendum non ad fluuium extra portam aeris

gratia isteris. Sin calidum ut mag credibile e quia
i hortulo comedistis post prandiu hoc e in meridie
no suasisset ille medicus ut secu nos ad solem et esti
uu q meridianu e conuiuio et longis altercationibz
deambulatu ext oppidu prodiretis. Gva. cauto istuc di
cas pogi. no modo quia nuqz p prandio dixisti cena
ueru etia. que tua liberalitas e nequaqz fecisses. ut
tales uiros q tam tibi familiares i tua patria ad
prandiu modo et no et ad cena inuitares. Ego nuqz
amicu meu qmpia prandio accipio. n eadem die
mecu etia cenaturu. Lau. Atq e Gvarine opinor
neqz prandiu illud neqz cena fuisse sed a pogio fic
tum. ideoqz i fingendo allucinatu ut aliis i multis
solet. imemor illius precepti quod quintilianus tradit.
Prima sit cura p ut id quod fingemus fieri possit.
Deinde ut q psone q loco q tempori congruat
et mox ueru. Curandu precipue quod fingentibz
frequenter accidit nequa inter se pugnet. Po. ita di
sputas no fuisse conuiuio illud ueru. qa no solea
amicos q ad prandiu q ad cena inuitare. Lav. Soles
tu quidem istud facere, sed no post prandiu estiuum
conuiuas ad solem meridianu educere. aut post hi
bernu ad flumen zarem. Po. At illa fateor cena no
prandiu fuisse. Lav. Si fuit uera cena, profecto no

fuit secundum eā tam diu disputatū. q si tam diu
disputatū tñ nō incredibile ē. nō ab oppido exitum
& ad flumen itum, nisi forte ut p noctem piscare
mini. hec sūt que p̄bant tuā narratione nō ēē
uerisimile. illa aūt nō p̄uatū ēē in rebus ac p̄ is
decorem. q secundum aīā uariis ut dixi p̄ modis
traductam. cū iā remota mensa cōuiue sibi ab
eundum putarēt, atq3 abitum pararēt. inter eo
ducis eos disputantes & quasi ī causis iudicialibus
utrinq3 orantes z ī ipa cā ita rixantes cōuitantesq3
ut uterq3 mihi pugil ēē uideatur. q eosdem adeo
ociosos facis uel ad loquendū uel ad spatiandū. q̄
nō unus ad curā egrorū accersitus eēt. alter
ī patriā pparare: tertius ad publica negocia sibi
ī ciuitate iter facere. q preterea post duas sane
plixas disputationes. te cōuiuatorem postq3 cōuiue
tibi gratias egerant. facis apud eos iā abire uo
lentes ēē loquacissimū. q tua fabulatio ad mille
amplius uersus ī tuo libro extenditur. Hec3 te ex
cusat quod scribis. Et certe is mihi animus semp
fuit. ut aliquid contra suā sententiā scriberem
sed uarie occupationes fuere hactenus impedimēto
Nūc quoniam & ociū ē nobis & bndictus po-
stulat. Carolus suō ī me hanc puinciā reicit

parebo uoluntati ure afferens primu ea quibs arbi
trer causam mea facile omibs probaturu. Deinde ad
leonardi eplam respondebo. Ante bndictus et carolus
adhoc sint adhortati uexitas uideris. Certe tu con
uiuator post tot smones et ea hora 7 apud pficisci
uolentes breuiloquus no uerbosissimus ee debuisti. q
postremo q id nescio an sit oium maxime ideorum
q quos feceras i principio libri uoluisse abire abste eos
dem i calce libri facis no abisse. sed tecu porta egres
sos ad fluuiu direxisse deambulatu ab hiros domu
reuerti / opinor ut ad flum postqz deambulassetis
iteru disputaretis. qm satis diei ad confabulandum
supfuerat. Vtru horu qso guarine maius sentis esse
peccatu p fidem pogius an q decoru no e secutus.
Gua. diuersa sunt ista peccata. ideo q no facile dixe
rim utru uter prestet. Lau. At id quod subyciaz
longe grauius utroqz iudicabis. Po. Aliquid friuolum
ut hactenus fecisti obyciens. Lau. Guarini stabo sententi
immo et tua ipsius. Po. Stabis mea sententia? Lau.
Stabo equidem sed cordis dico q uera e sententia
no oris. Po. Et quo scies an quod sentio pnuntiez?
Lau. si pme pnunciaueris. Po. Ego ita uolo stes mea snia
Lau. tua ita culpa sit. si tuo iudicio no stabo. Po. o
mitte loqui friuola et ad rem redi. Lau. non ne in

tuo libro. et si abs te postmodum scripto. te ipsum induas loquentem ut uerba que modo recitaui testantur. Po. in dubio me loquentem. aut potius. locutus sum uere quam scripsi. Lau. loqueris tu in tuo libro. ut unusquisque alius eorum collocutorum. Po. loquor; quid istuc? Lau. quia postea facis te scribentem. Po. An non ea ut monstrabam scripsi uerba. cum retuli in libello? Lau. non istud ego dico. sed inter conuiuas scribentem. Po. ego inter conuiuas scripsi inquis. deliras ut uideo. quippe qui nunc sciebas librum a me postea scriptum. Lau. Istud ipsum miror. quod cum librum postea scripseris. hoc est postquam conuiuas loquutus sis non scripseris. tamen te inter eos scribentem magis quam loquentem significabas. Po. nescio quid dicas nisi deliramenta. Lau. Scies si auscultabis. nonne in iis uerbis que paulo ante recitaui. dicis inter conuiuas. Fuit mihi animus semper ut aliquid contra suam sententiam scriberem. et mox Nunc quoniam et ocium est nobis. Nempe ocium rescribendi. Po. nonne dicebam probe te nihil dicere sed delirare. dixi tunc esse ocium non mihi soli sed omnibus. Ergo ocium illud erat loquendi non scribendi ut tu prauissime interpretaris. Lau. Qua ratione ista dicis? Nonne illud quod sequitur te de tempore sentire conuincit. Sed uarie occupationes fuere hactenus impedimento. Cuius iste fuerunt occupationes

certe tue. et cui fuere impedimento? certe tibi. Quo
cuius rei impedimento. certe scribendi non loquendi. quo
sic istud otium est interpretandum non loquendi sed scri
sensa bendi. Po. Num magis delyras, qui contendas melius
te intelligere sensa orationis mee quam ipse qui loquar
intelligam. Lau. Accipe in quo tergiversari et quo e
labi non poteris. Scribis non multo ante tue disputa
tionis peroratione hoc idem apertius. legimus tuum
librum. Quaque cum hec que a me relata sunt non
sufficiant. quid satis esse aliud quam? ita multis te
stibus probatum est. priscos romanos omnes latine fui
sse locutos. et latinum sermonem maternum fuisse.
quibus licet leonardi epistole satis responsum sit
tamen paucis ad quasdam eius sententias rescribam. quia
parte sua dixerit nimium a vero aberrare uidentur
Deinde refutatis ueteris leonardi rationes recte
loquendo non scribendo. Cur ergo te scripturum atque ei
rescripturum dixisti et si non ad te ille ad flauium foroli
uiensem scripserat. Po. Respondebo me credidi scri
bere sed lapsa est manus ut solet. Lau. Quid in illo quod
est apertius uitio non manu excusabis? In fine enim
disputationis audi que scripsisti. Multis insuper
uerbis suam sententiam nititur uereri que facillime
dilui possent. Sed nos supra adeo multis autoribus
exemplisque hanc rem tutati sumus ut nullum contra

uis protectum qui ea legerit nō existimem tantorum
uirorum auctoritati sententieque cessurum. Et ut cum a
me dicta eent. ego inquid Carolus tecum loque-
ris pogi. ais qui ista legent. Ergo scribere te signi-
semper sensi. Et qui secus secus opinantur nō recte mō
iudicio existimant. Cum laqueus pogi ais qui ista
legent. Ergo scribere te significas nō loqui. Esto uero
fuerit illud conuiuium pogi. si ut inter uos habite
ille disputatoes. sis tu hac oratione. usus. finge tibi
aliquem illorum admirabundum dicere quid ais pogi quod
est ista que legenda dicis? si scripsisti cur ais te scripturum
quasi nō scripsisses. quin illa proferes? si nō scrip-
sisti. cur ais qui ista legent? nemo enim dicit qui
ista legent, nisi de rebus scriptis. Cur igitur ista in
re se diuersa dixisti? Nempe quod ut mea fert
opinio. de hac ipsa materia prius sine ulla fictione
one dialogi composueras. in qua uerba ista in-
erant. scriberem scribebam. legent. que cum
per dialogum disputare iocundius existimasti in
mutatione oblitus es. Siue quia personam tuam ad lo-
quendum cum ceteris introduxeras (neque id col-
loquium umquam extiterat) excidit tibi te sub persona
collocutoris ista disputare. et iam habita abs te
uerba scribere, sed te tuum primum premere quod sen-

tres in persona auctoris scribentem opinatus es. maiore uitio quam illa que superius annotaui. Nisi aliter guarine sentias. Gva. Equidem aliter non sentio. Cui simile quiddam admisit uir eximius et in iure pontificio interpretando ut aiunt nulli secundus franciscus zabarella in libris de summo bono. In quibus cum quosdam colloquentes inducat quorum unus est ipse auctor. tamen facit se aliquid dicentem collocutori. quemadmodum in primo aut in ipso libro probaui. quasi eis colloquentibus libri per sese scriberentur. ut lebetes uulcani qui sua sponte in certamen prodierunt. aut fistule ille deorum que per se ipse canebant. ut poete narrant. Id docti non faciunt sed aut quemadmodum heri probauimus aut quemadmodum hodie a crasso dicebatur aut aliquid huiuscemodi et si magnus quidam ecclesiasticus in hoc incidit, cuius nomen satius est supprimere. Lau. Istud quod tu ais Guarine nescio magis an poggianum hoc uitium sit simile huic illi. De quo Cicero ait in bruto de curione. Magna hec in memoriis ingenij signa Sed nihil turpius quam quod etiam in scriptis obliuiscebatur. quid paulo ante posuisset. ut in eo libro ubi se exeuntem e senatu et cum pansa nostro. et cum curione filio colloquentem facit cum senatum cesar consul habuisset. omnisque ille sermo ductus e percontatione filij quid in senatu esset actum In quo cum multis uerbis inueheretur in cesarem curio disputa

fistule per se canentes.

Cic.o in Bruto

pansa

neque esset inter eos ut est consuetudo dialogorum
cum sermo esset institutus senatu misso quem se-
natum Cesar consul habuisset / reprehendit eas res
quas idem cesar anno post et deinceps reliquis an
nis administravisset in gallia. Tum brutus admiras
tantamne fuisse oblivionem inquit in scripto presertim
ut ne legens quidem umquam senserit quantum flagi
tii commisisset. Quid autem magis brute stultius quam si ea
vituperare volebat que vituperavit non eo tempore
constituere sermonem / cum illarum rerum tempora iam
preterissent. Sed ita totus errat ut in eodem sermone
dicat in senatu se cesare consule non accedere. sed
id dicat ipso consule exiens e senatu. Ista de te
pogi puta Ciceronem dicere qui non minus illo curi
onis flagitium admisisti. Po. dum modo me parem
curioni facias id non laboro. de quo in eodem idem
Cicero loco ita inquit. Orator autem proximus opti
mis numerabatur propter verborum bonitatem et ex-
peditam et profluentem quodammodo celeritatem
Itaque eius orationes aspiciendas censeo. fuerint itaque
optimi oratores Leonardus et guarinus. ego autem
eis proximus hoc est tertius orator. Lau. Quid ego?
Po. Non nisi tres primi notantur unde virgilius tres
premia primi accipient. Lau. Ex tuis verbis redeo

ī memoriā facti hannibalis. qui a scipione interogatꝰ
quē maximū imꝑatorem iudicaret. respondit alexandrū
quē sc̄dum. respondit pirrhū. quē tertiū. respondit se. Itaqꝫ
facile patior te in tertiolocō te ipm ponere. me ī nullo
quoniā isto facto te hānibalem me scipionē ēē sig
ficas. Po. ego istuc nō cogitabam. sed cur nō potius q̄
de his nugis aliqua disputas contra orōnes meas de
lingua latina fuerit ne eadem uulgi ꝑatorum & litteratorꝫ
quibus si nihil hēs qd opponas quēadmodū supius calū
niabaris nihil ēē quod ī eo libro ut meū posses re
prehendere. Lau. Noli tantopē tibi placere ob illā dis
putationē tanqꝫ uerbis ꝑsuaseris nullā fuisse inter
litteratos illitteratosqꝫ uerborū differentiā. De quo quid
mihi dubiū faciat proemiā / ubi duo quedam tua er
rata paucis. sed nō parua notauero. primū est ubi
aristotelem male uideris accipe / ita ēim scribis. An
glici etiā post decimū diem quotiens meū qui se pauit
inciderint gratias ꝑ suscepto prandio agunt. ne
īmemores honorisqꝫ impensi uideantur. sed qꝫ meā
sentire arbitror sententiā uidelicet aristotelis tibi notā
qui honorem inquit ēē honorantis. Apud illum igr
penes quem honor remanet necesse ē ꝙ gratia
residere. ergo conuiui magis grā mihi uidetur ha
benda. Aristoteles nō sentit honorem aut ēē honora
tis aut nō esse honorati. Cuiꝰ hec uerba sunt. Honꝭ

γὰρ ἐν τοῖς τιμῶσι μᾶλλον εἶναι ἢ ἐν τῶι
τιμωμένωι. quod sic potest interpretari. videtur
honorem in honorantibus potius esse quam in eo qui ho-
noratur. hoc est videtur esse in potestate dantis non
aut accipientis. Ideoque non esset illud excellens
bonum et quod ipse appellat δυσαφέρετον. id est
quod difficulter eripi possit quale bonum est virtus
que in ipsorum non in alterius est manu. Po. Atqui
ita vulgus accipiunt honorem non esse honorati sed ho
norantis. Lau. At vulgus non sane probatus est
bene sentiendi magister. Po. Ita omnes fere
accipiunt hac tempestate philosophantes. Lau. At
non peritiores. sed quid oportebat te latinos sequi
in auctore greco? Ho si tibi credimus interpres
grecorum librorum optimus. Verum ubi est acumen
tuum? ubi tam diuturne etatis experientia? ubi
notitia illa quam tibi vendicas antiquitatis? Nunquid
cum statuas triumphos ceteraque veterum monumenta
cernis, ea magis honorifica esse illis existimas qui
hunc honorem habuerunt quam his quibus hic honor habitus
est? nedum nullum honorati, omnes autem esse hono
rantis. Equidem non video cur honoratum quemquam
pullum appellare ad quem honor ipse non pervenit. An
illi qui a regibus, principibus, ducibus aliqua +

14

131

accipiūt insignia aut cunque honestantur. nō honore afficiuntur. sed ipsos duces/principes reges honorē afficiūt. Hoc pacto nō honorati forent appellandi sed honorantes. Quid si dedecus ignominia cōtumelia iniuria eius ē cui fit/cur nō etiā honor. hoc ē decus/ gloria. laus./ Gra. Quid multis laurenti disputas cū de isto sit tibi controuersia. et nō de aristotelis sententia. Eam certū est tecum facere. Poge ad alia siqua hēs. Lau. vnū supest. quod hic ita scribit. Mercurius inter medicine artis repertores phibetur qui ob eam rem relati sunt inter deos mercurius nō etiā inter planetas ānumeratus. Esculapius eius filius honorem īmortaliū medicīe exercitio adeptus est. tanta inter priscos gloria ac nois fama. ut corā ioue a dijs sit inferis accusatus. quod eorū impiū diminueret. Sine quęso guarine me paulisper interrogare pogiū preter rem. cuius gratia recitaui hec uerba. Quero abs te pogi utrū honor quo honores esculapiū prosecuti sunt/ fuerit hominū ipsorū an esculapij./ Po. Poge quo instrueras. Lau. certe. Esculapij nō hominium Hec alia rō est diuinorū honorū quam humanorum. Quare posthac caue dixeris honorē nō ēe honorati sed honorantis ne iniuriā etiā dicas esse

in ferentis. nō patientis. Verum ut ad rem redeam a quonā accepisti pogi Mercuriū fuisse medicine reptorem. eundemq Esculapij patrem? Po. quis id negat? Lau. Nemo negat. quis nemo id dixerat Poete enim scriptoresq testantur omes apollinem fuisse esculapij patrem ac medicine reptorem Po. deū pro deo posui, apollineq cum deberem scrip- si mercurium. Lau. At quō inter planetas apollo nūabitur? Po. Ista culpa ē nicolai medici cui s mone attribui. Non enim preare scriptor debet omes que a collocutoribus afferuntur rones. Lau. Tu si istam nō probasses sententiā paduēsium medici iurisconsultum improbasses. Et tamen stolidissimū est disputantes introducere, uiros gra- ues ac doctos, qui leuiter et impite loquantur. Po. Ista dicta sūt a me i aliena psona. Inspice que dicta sint i mea ipius. Lau. tu phibebas du- dum me excutere bonitatem sententiarum, Nūc e contrario facere iubes. Po. uetabam dudum te facere id quod facis excutere bonitatē senten- tiarum sub aliena psona dictarū. Nūc meas ipig excutias uelim nō mag id facturus qm si ex ada- mante conaris stilō magnē sculpere. Lau. equi- dem an istuc efficere possim haud scio tecum ipe.

132

Id certe scio tecum ipō te discrepare. Po. quid ita. Lar.
quoniam que interse discrepantia scribis. En legamꝰ.
Sentio enī de hac re uiros doctissimos dissentire. Leo
Flaviꝰ forliuiēsis nardus Arretinus epistola in quā scripsit ad flauiū
forliuiensem probare nititur. nō fuisse eā linguā
oībꝫ communē, sed aliā popularem. aliā eruditorum
uirorū extitisse locutionē. Qua in sententia fuit
Antonius luscus vir clarissimus Antoniꝰ Luscus, qui aiebat se addu
ci nō posse. ut crederet cerdones, sutores, quoquos
reliquāqꝫ uulgi fecem, Latino sermone usam. Le
gamus aliaquaqꝫ deinceps loca. Hic ē fateor tibi
Carole me cum antea cū leonardo Antonioque
sepius disceptasse. tum post illam leonardi epistolā
plura ex uariis collegisse scriptoribus quibꝫ facile
ꝓbatur illos nō recta sensisse. Leonardum quippe
meminī dixisse mihi eā se conscripsisse epl̄am. quo
me alliceret ad respondendum. Et certe id mihi a
nimus semꝑ fuit. ut aliquid contra suā sententiā
scribere. Atqꝫ uerū hic. Sed nō tam ad ostenden
dam suam opinionē q̄ ad meā cognoscendā ut
ab eo accepi arbitror ab eo epl̄am illam fuisse
conscriptam. Nam leuibus admodū argumentis
ostendere nititur aliū uulgarē, aliū latinum. ut sic
id utar uerbis sermonē extitisse. Et ad extremū

Multis insup uerbis suam sententiā nititur tueri
que facillime dilui possent. In his que scripsisti
uerbis pogi quero quō tecum consties. Cum ēm dicas
ter leonardum probare sententiā suā ēē nixum. eun
demqz tecum sepius disceptasse. qui fieri pot ut idē
tibi dixerit se illam eptam conscripsisse. tui alli
ciendi ad rndendum gratia. nec ad ostendendam
opinionē suā, sed ad cognoscendā tuā. In quo me
cum agnosce quot insint contraria. Unū qꝫ qui
nō solum frequēti disputatione cum dissentientibꝫ
quorū tu unus fuisti. egit. sed ēt scriptis. idqꝫ initris
uerbis multisqꝫ argumtis pbare nititur sententiā
suam. is pfecto nō aduersarij eligere uult opini
onē. sed suā ostendere. At sunt leuia illa argumta
Esto: Tn pro grauibus ille nō p leuibus scripsit. Neqꝫ
adeo quis stultus ēēt ut leuiora pmeret argu
mta aduersus hostes grauibꝫ nuqꝫ uteretur. Al
terū qꝫ nemo scribit eptam ēt suis leuibus
argumtis nixam. ad cognoscendā eius opinionē
inter disputandum enī norat eius opinionē
quo cum sepius disputasset. presertim. cū non
ad hūc sed ad aliū scribat. a quo ēēt lris puocatus
Tertiū qꝫ si ille dixit ut meministi / et quēadmodū
uerū ais, ab eo accepisti ab ipo eptam ad flauium

133

fuisse conscriptam. ob eã quã dixisti causam, certe nõ
diceres te arbitrari. Ea enĩ que uidemus, audimus ali
quo sensu percipimus. nõ opinamur siue arbitramur
sed scimus. Quod si illũ fuisse leonardi suspicaris a
nimũ. profecto tibi nunq̃ hec ab eo sunt dicta. sed
ad tuã utilitatem. tuo more. preßtum de mortuo
ista finxisti. Po. Immo tu fictor es qui poetari so
les. Ego de leonardo uera scripsi. Lar. Ergo de te nõ
uera qđ ab illo arbitratus es ob id illam eplam
fuisse conscriptam. Po. nõ arbitratus sum. sed scio
quia ab ipõ audiui. Gra. Verũ loquitur pogius. p
ge laurenti. Po. dic quid sentias de opinione mea
qđ prisci romani latine loquebantur omes. Lar.
Quis istuc negabat. Po. leonardus ipe, nõne le
gisti? Lar. nõ aĩaduerti. Po. Hui tardus es atque
hebes & nihil n̄ ad carpendum acutus. Lar. Ne
ad carpendum quidem satis acutus sum. Nam
multa opinor que carpi possent. nõ aĩaduerti
Sed legamus uerũ. Probabãt uttier nõ fuisse ea
linguã omib; comunẽ sed aliã popularem. aliã
eruditorũ fuisse locutionẽ. Et uerũ. Nam le
uibus argumẽtis ostendere aliũ uulgarem alium
litteratum ut suis utar uerbis sermonẽ extitisse. En
nõ negat latinũ sermonẽ fuisse uulgarem atq;

popularem. Po. o tardissimo ingenio uirum. cum negat linguā eruditorum fuisse eādem popularem, nōne negat uulgus latine locutū fuisse. cū eruditi latine loquerentur. Lau. Nondum istuc uideo. Po. en tibi mea ocularia. Lau. his qui bn̄e uident nō ē istis opus. Quod aūt hec nō uideo, nō mea est culpa, sȝ tua, qui rem nō promis. Po. Nō ē opus promi que prompta sunt. Lau. Immo. ī. promptuario condita. Po. Quid ais? Nonne ē aliq nc̄ uulgaris sermo aliis latinus? Lau. Nunquid Leonardus sentit ita uulgus olī rome locutū ut nc̄ loquitur. Po. nō ille quidem sȝ multo melius, uerū tn̄ aliter q̄ȝ litterati & eruditi. Lau. Nunqd igr̄ nō latine? Po. Sane nō. Cum enim cōfiteatur aliū ee sermone lr̄atū aliū uulgarem necesse ē confiteatur, ut nūc romani nō loquuntur latine ita olī uulgo nō fuisse latine locutos. Lau. quid ergo nūc romani loquuntur hebraice? Po. ridesne? nō istuc dico. sed uulgariter. Lau. An nō etiā olim fuit sermo uulgaris ut Leonardus ait. Po. istud ē ī quo ipē aduersor Leonardo. Lau. Immo & tibi. Po. quā ob rem? Lau. quia ista tu affers Quintiliani uerba. Legimus in duodecimo cū scribit de gn̄e dicendi ait. Nam alia

ocularia,

promptuariū

134

mihi quadam uidetur hec natura. sermo uulga-
ris, alia uiri eloquentis oratio. cui si res modo indi-
care satis esset nihil ultra uerborum proprietatem ela-
borare. His uerbis constat eundem fuisse sermonem
uulgaris hominis et eloquentis quoad uerborum proprietatem
elocutionem differre atque ornatu. En quod Leonar-
dus aiebat alium uulgarem alium eruditum esse ser-
monem. quod tu pernegabas. Po. aliter istic accipitur
uulgaris atque Leonardus intelligit. Lau. Istud ne-
scio. tu tamen uideris loqui contraria dum negas aliquando
quondam uulgarem fuisse sermonem. Po. Leonardus
sentit de sermone uulgari priscorum qualis nunc Ro-
me est uulgo loquentium. et si non adeo ut nunc depra-
uato. qui certe sermo latinus non est sed uulgaris.
Lau. Vulgarem tu alicuius gentis appellas sermonem?
Afferam tua uerum contra te scripta. Nempe opinor
illam qua latini populi utebantur et ab eis ortam uel
lingua eos fuisse usos qui dicebantur latini. a quibus
et nomen sortita est quam et romanos cum latini es-
sent et in latio sit in usu fuisse romanum necesse est
Nam sic linguam dicimus gallicam. hispanam,
germanam. italam. qua galli. hispani. germani
itali loquuntur. itemque de greca et reliquis, eo-
dem modo et latinam linguam eam fuisse oportet

que in comuni erat usu apud latinos. Si romani Latini sunt. et a gente nominatur lingua. non ergo lingua romanorum alia nunc est quam latina, sicut et olim fuit quemadmodum ab omnibus aliis nationibus appellatur Siquidem italica lingua que olim diversa ac multiplex fuit. et mox propter romanas colonias ac romanorum consuetudinem in linguam romanam concessit. idest latinam ab exteris gentibus non nisi latina nominatur Itaque non modo quondam loquebantur verum etiam nunc vulgo latine romani loquuntur. Vides ut tibi conceditur quod tu tantopere probare contendis. olim romanos fuisse locutos latine. Leo. non isto modo. ut ex meis verbis constat accipiebam latine. sed grammatice, at ne leonardus quidem. lege mea verba Quero a vobis quam linguam appelletis latinam. eam quam gramaticam vocamus. et a quibus ortum fuisse putetis? Nempe opinor illam qua latini populi utebantur et ab eis ortam. Et iterum. Diutina me dubitatio tenuit, utrum priscis romanis latina lingua quam gramaticam vocamus fuerit omnium communis. an alia quedam esset doctorum virorum. alia plebis et vulgi oratio. idest. ut apertius loquar. Utrum docti pariter et indocti ab ipsaque infantia latino veluti materno domesticoque sermone loquerentur. An esset alius quispiam

doctorum hominū prout nobis contingit ab usu
vulgari diuersus. Sentio enī hac de re uiros doctis-
simos dissentire. Ecce quē uoco latinū. hoc est
gramaticum. Nihil enī interesse uolo gramaticū
dixeris an latinū. Lau. Te miror pogi qui passī
tibi ipsi repugnas. Po. Quid ita? Lau. legimus tua
q̄ nō longe sequuntur uerba. ubi quintilianum
affers testem. Idem ī primo sui opis libro. cum
de grammatica disputat. quid inquit de alijs
dicam? cū senatus. senatus. senatui. an senatus. se-
nati. senato faciat incertū sit. Quare mihi non
ī uenuste dici uidetur aliud ēē latine, aliud gra-
matice loqui. Quibus constat uerbis. omēs latine
sed nō omēs grammatice loqui solitos. cū latinam
linguā omibz tribuat grammaticā. hoc ē loquēdi
doctrinā litterarum peritis. latine igr omnes sed emēdatius
docti loquebantur. a quibus senatū quarte decli-
nationis dici affirmat. ab indoctis secunde. docti
enī rōne iudicabant, quod alii usu assequebantur,
nulla suorum uerborū rōne habita. Ais linguā
Latinā eandem gramaticā ēē. de hinc affers qn-
tilianū dicentem aliud latine ēē. aliud grama-
tice loqui. Quid aliud uelit Leonardus quā omnes
romanos fuisse latine locutos. s3 nō grammatice?

Vides ut tu causam aduersarij agis: et tuã euertis:
Sed ego te pogi subleuare uolo atque ostendere nihil
ad hanc rem uerba quintiliani agere. Nam ea tu
nõ recte accipis. qui ais eũ uelle emendatius dici
grãmatice quã doctius quã latine. Hoc ille nõ sentit
sed melius esse latine quã grãmatice loqui. hoc ẽ ex cõ-
suetudine ꝑitorũ quã ex artis analogia. cũ tota sit
illa quintiliani disputatio de laude cõsuetudinis lo-
quendi aduersus analogiã. de quarum utraque ita ait
Consuetudo uero certissima loquendi magistra. u-
tendumque plane sermone. ut nũmo cui publica
forma est. Deinde. Sed meminerimus nõ per oĩa
duci analogię posse rõnem. cũ sibiipsi plurimis
in locis repugnat. Et paulo post. Non enim cũ primũ
fingerentur homines analogia demissa celo for-
mã loquendi dedit. sed inuenta ẽ postquã loqueban-
tur. et notatũ in sermone quid quoque mõ caderet
Itaque nõ rõne nititur sed exemplo. nec lex ẽ loquendi
sed obseruatio. ut ipsam analogiã nulla res alia
fecerit quã consuetudo. Inheret tamen quidã molestis-
sima diligentie peruersitate. ut audaciter potius
dicant quã audacter. licet omnes auctores oratores
aliud sequantur. et emicauit nõ emicuit. et coni-
re nõ coire. Et cum multa in hanc sententiam

1

13

conclusio disputationis inter latine et grammatice loqui

Quintilianus

Cicero

disputasset ad extremum intulit. Quare mihi non inuenuste dici uidetur aliud esse latine, aliud grammatice loqui. Vides ut latine loqui est oratorium et eruditorum, et plus est quam grammatice. Ideoque latine loqui inter uirtutes rhetoricae ponitur. ut grammatica sit locutionis, latinitas elocutionis. Hec est inter grammatice ac latine loqui differentia. non quam tu constituis. et quam tu bis falsa ratione conaris probare. Inquiens senatum quarto dici a doctis. senatu ab indoctis. Nam neque istud ut tu quoque ais quintilianus affirmat. sed plane negat. neque ullo exemplo confirmari potest. An Cicero indoctus est. qui ac alibi et uero in philippicis ait. Non semper habebitis eundem senatum: nec senatus ducem. qualia exempla sunt plurima. Pono ut ista uera sint. tu propositum meum tueris. non aliud fuisse latinum aliud grammaticum sermonem. de quo a me disputatio fuit instituta. Nam qui latine ydem grammatice locuntur. loquebantur. Laur. quo tu istuc dicis ut sermo latinus. qui grammatico prestat, esset omnium communis nec plebis modo et uulgi mulierumque. uerum etiam puerorum atque infantium. O rem miram pogi infantes eam habuisse facultatem. quam Cicero sepenumero in quibusdam oratoribus desiderat in nonullis pre

dicat. Si omnes latinum sermonem a matribus nutri-
cibusue discebant. ergo omnes norat. quemadmodum
nunc in omnibus Ciuitatibus uidemus fieri. de ser-
mone uernaculo que res nulli hominum inter
conciues umquam laudi data est. Sin uero laudanda. quia
labore studio. industria comparatur. ergo non a pa-
rentibus aut nutricibus tradebatur. Po. an non ego
dixi omnes romanos latine locutos sed emenda-
tius doctos? Lau. Cur dicas emendatius non uideo.
alius alio ornatius sublimius, eloquentius, fateor. sed
non latinius. si omnium romanorum sic erat communis lin-
gua latina. ut nunc est ciuitatum sua cuique uer-
nacula. ut florentinorum florentina. ut neapo-
litanorum neapolitana. ut uenetorum ueneta. quem
numquam actu audiui romanum romane. aut flo-
rentinum florentine aut neapolitanum neapolitane
aut uenetum uenete. alium alio magis loquentem
Unus est modus atque unum genus et una ueluti
in suo cuique ciuitatis numismate figura di-
cendi. Quod si non loquebantur prisci romani
alius alio latinius. ergo nihil est quod dicas emendatius
locutos doctos. Quamquam non uides cum dicis doctos
fateri te doctrinam fuisse, que superuacua fuisset
si linguam latinam infantes sine doctore didicissent

latina . uernacula

137

Po. quasi ego nō fuerī confessus a quintiliano tribui
lrarū peritis loquendi doctrinā. hoc ē gramaticam
Lar. Istud quintilianus nec dic̄ nec sentit. Po. ergo
si grāmatica nō mag. peritorū doctorūqꝫ ē. q̄ impe-
torum & indoctorum sequitur id quod a principio
proposueram gramaticā fuisse etiā uulgi infantiūqꝫ
s͛monē. Lar. Nō id dixi equidem. sed quintiliani
nō id sentire ut doctorū sit gramatice loqui,
mag. q̄ latine. Po. Igitur quod uolebam, doctores
sit pariter & indoctos, apud priscos latine ac gra
matice loqui. Lar. Idem pogi modo ais modo
negas, nūc gramaticā ēē doctorū & peritorum
tantūmodo. nūc etiā imperitorū atqꝫ infantium.
Sed qui fieri putes potuisse, ut infantes gra-
matice loquerentur? Nempe quod illā a matribus
bus ut inquis nutricibusqꝫ discebant. Idqꝫ duabꝫ
te rōnibꝫ probasse confidis. una p studiis. Cum
ab ipa infantia barbarorum filii. cū materno
lacte uernaculā linguā discant. quis hulcaz,
rudem, asperā, barbarā. absonā plāu. que nob
uix ēēt admodū scitu difficilis. O te preter
ceteros hoīes ridiculū pogi. cui nō aliena lin-
gua difficilis, absona, atqꝫ adeo barbara? Nunc
putas minus absurdam uideri germanis italicam

q̄ nob' uideatur illorum? aut nō ita laborant te
utones in percipienda nr̄a. ut nos in ipsorum? Equi
dem nescio. an aliquē germanū audierī recte
loquentem italice. q̄uis ī italia totā pene degisset
etatem. quod faceret si nr̄a q̄ illorū eēt scitu c uoīs quisq3
facilior. Quotus quisq3 ē aut grecus qui la
tina aut latinꝫ qui greca recte pronunciet? Au
diui adolescens a quibusdam qui se audisse dice
rent cum iter p alpes faceret. quendā senatorum
suorū admiratū q̄ pueri illi teutonice loque
rentur, dura, rigida, & minime apta pueris
lingua. qui deberent omnes infantes stati ita
lice loqui lingua si tibi credimꝫ suaui, dulci.
& accomodata īfantibꝫ ueluti lacte. Cur ita?
nempe q̄ ita ī patria ipsius pueri loqbantur. Eū
de quo illi loqbantur nō aliū opinor fuisse q̄
te pogi. qui miraris tanq3 rem arduā ꝛ discen
de gramatice similite pueros discere barbarā
aliquā linguā. Altera q̄ scribis multos te no
uisse ī curia romana qui solo usu gramatice
loqndi. gramatici euasissent. Ego certe & na
tus & altus rome atq3 ī romana ut uocant
curia qui congrue loqretur cognoui neminē
nec hoc contingere posse existimo. An tu ignoras

Fabula sacerdotis — illam sacerdotis fabulā qui famulū iubebat seculari
grāmatice . identidem eū reprehendens q̄ nesciret dicere
da mihi clauē . ubi ē clauis , interetq₃ nūr du clauis
dicere nūr clauē . Quo facto ille desperans uicissim
cepit herum indignabundus reprehendere his uerbis . q̄
Modo clauis mo do clauē ? — ī iocum uulgi emanauerit . modo clauis modo cla
uem . nūq̄ uidi homo talem . Et alia documenta q̄
rimus testimonio es tu h̄ facillima et pueris ēē exi
stimas que quantope facilia sint , uel tu . nā quid
alia documēta quēimus testimoīo es q̄ in ista etate ,
isto studio ista ꝑpetua grāmatice loquēdi atq₃ scribendi
ꝯsuetudine nōdum tam grāmatice aut loqueris aut
scribis . Quo minꝰ tibi obsequar postulanti neq₃ de er
roribus ad extremū agā . At tu grāmaticā adeo facilē
facis , ut eā artem ēē negare uidearis idq₃ quītilia
ni testimonio . Nam ita scribis . Quid consilii super
uacaneū ēēt si lingua latina tūc in scholis a ꝑcep
toribus tradita extitisset . Cur q̄d peius semꝑ a te
ipso dissentis que istaē tua inconstantia ? aut que
tanta ingenij hebetudo ? preceptores fuisse concedis
scholas nō concedis ? Quid ē enim aliud schola , nisi ubi
p̄ceptor docet plures duntaxat ? An nō quītilianꝰ scho
las nō dico fuisse sed etiā debere ēē confirmat . ad q̄s
pueri etiā infantesq₃ mittantur , cuius studiis titulus

ē utilius domi an ī scholis erudiantur. Quid ais pog-
gi? si gramatice statī pueri loquebantur. nulle scho-
le erant: frustra igitur compositi erāt tam scrupolose
libri de arte gramatica. frustra vocabantur precepto-
res. frustra ei doctrine dabatur opera. si usu percipi
poterat. frustra de ipsa quintilianus idem inquit. Si que
nisi oratores futuri fundamenta fideliter iecerit   Quintilianus de gramatica
quicquid superstruxeris corruet, necessaria pueris, io-
cunda senibus. dulcis secretorū comes. et que vel sola
omni studiorum genere plus habet operis quam ostentationibus.
Po. quid vero ego non dixerim doctos ratione iudicasse quod
alij usu assequebantur, nulla suorum verborum ratione
habita. Lau. O ineptissimū hominē qui oporteat de
ea re rationem reddere. que non ratione constabat sed usu.
Quo in rationem istam si satis ē usus? quis de lingua
gallica, hispania. germanica. florentina. neapo-
litana, veneta, et item de reliquis rationes exigit?
que non ipso usu contentus ē? An quintiliani ex eodem
libro verborū oblitus es? que paulo ante retuli. Itaque
non ratione nititur sed exemplo nec lex ē loquendi. sed observa-
tio, ut ipsam analogiā nulla res alia fecerit quam
consuetudo. Cum dico analogiā, quicquid pene   Analogia quid.
rationis ē in gramatica complector. Nam ita aut
idem in eodem libro auctor. Sermo constat ratione

uetustate, auctoritate, consuetudine. Rationem
pstat papue analogiã nõ nunq etymologia Vides.
ut uix reddi rõ possit gramatice quã tu uis tota
constare rõne. Po. tu nõ pro mea cã loqueris. q
nõ artificiũ oli fuisse gramaticã ut nũc ẽ. sed usu
7 consuetudinẽ uolo. eaq pueris q3 & infantibus
scitu facilẽ. Lar. Istud pogi tua fit culpa nõ mea.
Po. cur ita. Lar. quia cũ inter se contraria loquaris
idq3 psepe nõ possum facere quin etiã p te dicam:
ut mirũ quiddã 7 sũma fronte ridiculũ uideatur ee
altercantes inter se. alterũ p altero dicere. Verum
hoc inter me atq3 te interest q ego 7si pro te
nõ tñ contra me dico. tu nõ mag contra me
q contra te ipm dicis. Verũ pogi nec aduersum
me. nec p cã tua loquor. Nã hec ẽ ut ad ipsum
caput ueniam qstio tua. utrũ priscis romanis
latina lingua quã gramaticã uocamus fuerit oĩ
um cõis etiã infantiũ. Hoccine tu sentis pogi?
Po. quidni sentiã. Lar. Ergo gramatice locutos
fuisse confiteris infantes? Po. sentio 7 confiteor.
Lar. cur igr ad preceptorem gramatices mittebant?
Po. ut discerent lingue nõ quã norãt rõnes et
causas. Lar. eadem reuolueris. Utinã ẽ recte gra
matice loqui nec aliqd causarum ac rõnum gram

matice nossem . quippe in hac iure longe antecellis
qui nunquam de huius artis preceptis magnopere curasti. Quid
ais, aut ars gramatica est & ab eruditis non aut a
nutricibus tradebatur. Aut ars non est. quia omnes
fatentur esse artem. ut unus plus omnibus sapere
videatur. & ceteros tamquam tardissimo ingenio damnari
qui artem ferrent id quod usu & sua sponte perci
pi poterat. Gva. Noli veriti ulterius progredi, at con
tendere gramatice omnes prisco romanos cuiuscumque
conditionis, sexus, etatis. locutos fuisse. Po. si istud
concedendum est, illud certe concedat laurentius oportet
tet omnes fuisse locutos latine. Lav. Ego. non etiam
hodie romanos loqui latine fateor. Po. At multum
differenter a priscis. Lav. et istud quoque fateor. sed abs te
discere velim quam differenter olim vulgus ab oratorum
sermone loquebantur. Po. Quantum ad verba pertinet ni
hil omnino Lav. Iam in idem redimus. Po. quamobrem.
Lav. quia sermo oratorum ad gramaticam compositus e
rat. ut omnes scriptores huius artis preceptoresque
testantur. & tu propter ullam artem esse illum vulgi ser
monem modo concedebas. Po. dicam igitur non gra
maticum vulgi fuisse infantiumque sermonem. sed tamquam
gramaticum. Lav. Ad risum me adigis. Po. quare
re. Lav. quia videris iniem loqui atque illi qui aiunt

deos non habere sanguinem. sed tanquam sanguinem. Nam
quid intelligat quid illud sit tanquam sanguis, et non tamen
sanguis sit. Ita te quis audiat dicentem illos non gram-
matice sed tanquam grammatice locutos. Po. Dum ita loquor
id intelligo sermone uulgi atque infantium parum abfuis-
se a sermone oratorum. duntaxat in uerborum proprietate.
Lau. hoc ipsum quantum distantie erat querimus.
et in eo controuersia est. si multum recte sensit Leonardus
sin parum et prope nihil tu uiceris. Neque non tua ergo
palam ostendunt nihil interfuisse inter eorum orationem
quorum scripta legimus. et eam qua pueri a nutricibus
matribusque imbuebantur. Nam illa que ex quintiliano
repperisti. magis contra te facere protuli. Cuius contra illud
testimonium uide. an tecum faciat ex eodem libro.
Id uel hoc argumento patet quod intra biennium pueri rec-
te formare uerba potuerunt, quippe quis nullo instante,
omnia fere loquuntur. Non dico nunc si fuisset eadem
lingua indoctorum et doctorum quid oportuisset pueros
iam grammatice loquentes. ad grammaticum mittere. Sed quo
fieri potest. ut quod nos tanto studio, ac labore instan-
tibus preceptoribus pedagogis, patribus in assidua scho-
larum. ac condiscipulorum consuetudine. Intra tot
annos nequimus assequi. loquor de grammatice
fando. id illi infantes inter lusum nullo instante.

· Intra ·

Intra bienium. ex quo ceperant posse uerba proloqui
assequerentur. ita ut oratores ac poetas intelligerent
quos uix nos intelligere exacta pueritia possumus
Neque nos tardiori quam illi fuerunt ingenio faciat.
qui cum quibusdam in artibus nequaquam illis cedimus. Quales
si non sumus sed ueteribus pares. unde fit ut uulgus
romanum atque adeo italicum litteratorum dictio. non
possit ullo pacto conseruare immo ne postea imitari
sonum litteratum uocum etiam milies auditarum. et quoti
die inculcatarum cuiusmodi sunt ee que a sacerdo-
tibus subinde repetuntur. Et ut de romanis de
quibus controuersia est potissimum dicam frequentissime
audiuit legentes in uia appia quo Domine quo uadis
At uulgus ait domina couata. de ara celi dicit
arocelo. de arcus nerue arcanoe sancti petri
ad uincula. sancto pietro menodo. et alia infinita
adeo nullum litterati soni uerbum in ore est uulgi. Neque
aliter in cetera italia hispaniaque et gallia. que
quandam habent cum nostra lingua cognationem.
Neque illud abs te fuit faciendum. ut exemplo lingue
hispane in testimonium afferres. qui aut italici pau
ciora uocabula habeant grammaticis similia. aut
non illi cuncta nomina numero plurali s. littera fini-
ant. quod nullum maius indicium est. gentem illa

Via appia.
domine quo uadis.
domina couata

olim gramaticę locutam. Que natio si quondam more litteratorum loquebatur cur nec ipsa inflexionem illam casuum de qua Leonardus querebat. Nec participia quedam atque gerundia supinaque nec derivandi nisi in paucis usum. nec alia plurima. que gramatica perpetuo custodivit. Unde articulos quos lingua latina non habet, ascivit quemadmodum et roma & italia et gallia. Sed hactenus. Nolo enim in presentiarum meam proferre sententiam. cum non sit id mei propositi sed ut tue adversarii me tantopere tibi de isto opere placeas. ex quo tibi te immortalem fore promittis Nunc quo videatur id quod disputavi verisimilius non fuisse facile factu. sed difficile sane loqui vulgus ut oratores solutum est tua in lingua latina annotabo vitia que in hoc opere admisisti. si idem iudicio vestro arbitrioque videatur. Gua. Ego vero et quod ita fecisti probo et sicuti ais, reor esse faciendum. Lau: & eo magis quod sequa sunt alia puto ea pogio autem esse multa que ad hanc rem pertineant. comodius absit applicabuntur si ea pogio licebit audire. Gua. sunt ut inquis laurenti alia. quibus ista questio finiri potest nec mihi ignota. que si pogio sic ais licebit audire explicabo. Po. Licebit nimirum mihi audire. si contra me non sis locuturus. Gua. contra te verum

in presentiarum

ego loqui. qui sum iudex? iste laurentij qui aduersarius est, sunt partes. Meç sunt nõ contra quēpiā, imo nec ꝓ quopiā loqui. nisi ꝓ ueritate. contraq3 mendatiū. Po. iā mihi libere audire. Lau. Mihi quoq3. sed ubi pauula īte nõ latine posita uerba notauero. latine dico ut docti loquebantur. nõ ut indocti. aut quo nūc seculū nr̄um latine loquitur quod potius dicendū ē loqui semi latine ac semi barbare. Scripsisti enī p̄mū. Natale patriā. pro natale solum. idem enim pollet unū nom̄ patria ꝗ duo & natale solum. ex quo supuacuū ē natalem. Itē conuiuij magister potius gr̄as conuiuis debeat qui uenerint. ꝗ illi ei qui ad epulū uocarit. Et uerū istorū quēuis nõ mag gratias debere arbitror. cōuiuij actori ꝗ tibycines. aut citharistas uel cantores ad epulum adhibitos uoluptatis cā. qui nedū grās pro cibis īpensis agunt. sed p̄miū insup. sue artis ex poscunt. Atq3 uerū Sīc ergo turpe ducimus nõ adhiberi ad epulū aliorꝫ. ita honestum uidetur accersiri. Cur dixisti nõ cōuiuij mag. nõ autor? nempe quia ignoras conuiuatorem reperiri. quod reperias licet. cū alibi tum apud liuium. libro sexto de bello macedonico. Preterea epulū. pro.

142

2 14

epulis ponis. quā differentiā aperire exemplisq; cōpro-
barem. nisi doctissimus uir .ad esset, iudex noster. Me-
diūcq; nō secundo loco posuisti ut debebas sed pmo. quod
sepe alias rephendi. Sed illud nō semi latinū sed barbarū
fuit accersiri. ut dicimus audiri, qi dicatur accersior
& nō accersor. Posuisti uerim multotiens. p frequenter. q

umbella.

libet p unaqueque. umberculā. pro umbellā. sua. peius

Suetonius ō nulla ab
horreo construit cū recto

peius p sua. sibi pro ei. eū p se. abhorreo rem, p abhorreo
ab re. aliās pro aliter siue aliqn. suptus lectū. pro
supter lectū. impartiti sunt studiū suū ī illis. pro
impartierūt studiū illis. quantū p quanto. quoad p
quantū. applaudisse pro applausisse. etiā necessarius
neutro gñe tanq; compatiuū. qd si forte nō credis en
legito. Nihil utilis nil necessarius nobis ad tuendā uitā
corporisq; tutelā est domus. hic qd aliud se prodit
uitiū, quasi dicatur. ad tuendā corporis tutelā, aut cer
te si uis ad corporis tutelā intelligi quid interest inter
ad tuendā uitā & ad tutelā corporis. Neq; tu locū quēdā
apud ciceronis officia dixeris huic esse simile. Nam
& dissimilis ille ē & tu hoc uitiū frequenter admittis.
ut ī ultimis uerbis. aeris & animi gratia. quod uix
ullus poeta dixisset. cum prestim differat aer pp
quē hauriendū & animus pp quē relaxandus prohiba
tis huiusi causę inter se ita dissimiles. nō solent eo-

ungi sub illo uocabulo gratia sue cā. Quod genus eloquendi frequenter captas, quale ē. ut qui sterus opinantur nō recte meo iudicio existimat. ne diceres iterū opinant quod etiā erat melius. dixisti existimat. Tertius sic dixisses. et qui sterus. ī. meo iudicio tersius
nō recte opinantur. Eiusdem uel affectationis uel negligentie ē qd ais. sententiā aristotelis terū sentire. qi sententia sentiat. qd nemo unqꝫ dixit Ego nō ne sensa quidem uerborum dixerim. ut tu facis qui scripsisti. Vt etiā rudes indoctiqꝫ percipiat uerborum sensa. ac ne illud quidem dixissem. Nulla suorum uerborum rone hita. hre. enim rones. ē hre respectū. nō aūt ignorare ronem ut tu illic accipis Neqꝫ tu ais. qui siquod uerbū inter stultos qui undiqꝫ redundant protulerint. maluissem dicere quibꝫ omnia redundāt ut Cicero dixit. qui Cicero nusqꝫ sic locutus reperitur. ut tu inquiens. quibꝫ ex rebus plane intelligis a medicine scientia ī multo. – facultatem legum anteiri. de illo loquor ī multo Et ad extremū uelim mi distinguas sigficata cerdonis ac sutoris, nā ꝓ diuersis ponis. cū inquis. Cerdones sutores coquos. Po. cerdones faciūt calceos sutores uestimēta. Lau. si uestimēta e corio corio intelligis aut calceos uerie appellatiōn uestitus

143

3 14

nō negauerī sutorem etiā circa uestes uersari.
Verū nō ita accipitur a doctis. ß is qui calceos facit
sutor. qui uestes sarcinator nōiatur. Hec si tu pegi
ignoras alter censoriq cato. nō dico q mordax. sed
quia doctus ut ille 7 senex es quo tandem modo
pueri sciebant atq infantes? Po. expectemus qd
de hac re sentiat guarinq. multa. ēm legit / mlta
audiuit / multa cōmposuit. pfecto aut hic sciū
quid uері sit aut nemo. Car: Nunquid eū pro
teruū si secus ac tu sentit appellabis. 7 si isto uo
cabulo proteruus nō recte es usus. Po. ut eum
uidero sentientē sic appellabo. Sed cur eū iā loq
paratū impedimq? Gva.

2m [illegible]

ANDEM. aliquando Podii altera inos inuectiua i manus uenit. plane ser pentina. no sententiis sed uenenis non uerbis sed sibilis. no simplici sed trifida lingua utens & quod nihil maius possum dicere. etia superiore rabiosior, furiosior, uesanior. Vt merito gloriari qat uir gloriosus & peruerse glie cupidus. sc no qmadmodum multis senibz cotingit senectute deficere sed indies mag ac mag acerbitate cfirere. nec pati ut a iunioribz superetur. sibiq dicatur quod apud Homerum diomedes Hestori dicit. O uetule hostilis urgeat te apprime iuuentus. Defecit tua uis. urget te odiosa senecta. ¶ Hanc ego inuectiua ut hactenus no legere. hinc factu e q ea & Podius ipse i omes italie urbes prius pferenda curauit qu ueniret i manus meas. nec e ut hrem magnopere laboraui. cum a principio sententia illustrissime Ciuitatis uenete, quo [illegible] tantu defensione mea dimi sera prestolarer. mox illa p me lata. & quide tam magnifice. ut postea monstrabo. satis me mee dignitati fecisse existimare. nec ia Podio quez impetum supassem respondere oportere. pstim multis districtu occupationibz cu aliaz rerum tum uo translationu a summo mihi pontifice iniuctaz. Itaq no erat mihi cure illa legere

114

accusationem cui responsurus nō eram. Hoc meum silentiū diffidentiā interpretatus potius ut semper est peruersa stultorum interpretatio. tertiā ut audio quartam, quintam īuectiuā edidit, et ut iactat sextam septimā, octauā, nonā, ac decimā editurus. quidem sperat hac se ratione uictoriā reportaturū. si ī hoc certamine diutius perseuerauerit. quadmachiū ī eo quod hastiludiū uocant. donari palma nō pōt. qui nō sub armis incapo perdurauerit. Quo factu ut hic noster uetulus nestore fortior qui me uel digresso uel erecto qui sub armis, sub sole in puluere durare contra ipm nequiuerit uictorem agat. passim exultet. triumphet, et propter de me insignia figat trophea. Ego tamen si potuerim ita ī hoc ut sic dicā hastiludio uici ut hastā e dextera clypeum e sinistra. galeā e capite ipm ex equo excusserim nec plures facere debeā eius conuicia, quam impudentissime muliercule. quae ex altercatione sic demū se discedere uictricem credit si ipa magis in conuiciando perstiterit tamen amicorum desiderijs duxi obsequendum, qui ad me scriptam attulere inuectiuā mecumque egerunt ut huic saltem uni responderem. et pro clodij nō modo arma iterū sed dentes excuterem. Quare me tibi excuso summe pontifex, quod opus quod mihi e greco latinis ferendū delegasti intermitto, dū me ab atrocissima pertego insectatione. Nanque ipm opus quod nunc e.

Hastiludiū
la giostra

Dentes excutio

Excusatio apud papam.

cum tuis auspiciis transferatur, prodet sua dignitatem
autoritatem, gloriam dum eius reprehenditur interpres.
Sodio potius succensere hebis et mihi veniam dare qui succensere habes.
provocor. qui lacessor, qui patior. vulneror, occidor
nec solum dare veniam sed etiam pati ut hoc meum
certamen nomine tuo dicem. Detegam enim iam tuto
post latam pro me sententiam mei rationem facti. Pre
mus liber mee responsionis ab litera .N. secundus .A.
.O. tertius .a. p. unde nomen cognomenque tuum incipit.
Nicolaus Quintus papa sic et hic quartus .a. T. que
prima tue proprii sive privati nominis litera est. Ita quatuor
libri erunt atque adeo sex. Si duos illos libellos addam,
quibus per dialogum, totidem opera pedii ut barbara, ut
absurda, ut debes vitiis plena reprehendi, ut ea
vitia iuvenes studiosi devitare possent. Qui li
bri si legentibus non multo minus iocundi gratique
quam ut audacis loquax ex utiles erunt (quam tandem
sint mei ex aliqua translati historico) profecto
debebit tua sapientia tuaque facultas hos in locum
accipere atque in parte historie mihi abs te delegate
At non erunt fortasse iocundi, grati, utiles. An ta
les sint futurique sint. Quasi pre ipsum optime intel
ligis. tamen ex hominum doctissimorum sententia iudi
care poteris. Nam licet in libris quos ex nobis
ipsis componimus illa greci autoris abest utilitas.

que ex transferendo comparatur. quanti tamen simus et
quantum interpretando ualeamus, multo magis ita cognosce-
mur. Illic enim cutis quedam ut sic dicam et candor o-
rationis duntaxat mea est. hic etiam sanguis, color,
pulcritudo. uires, uelocitas et cetere bene componendi
tamquam corporis dotes. Que ne dotes scriptis orationis
mee affuerint quod ut apud te libri quibus dignitatem
meam tueor quos tibi dicaui tantundem e greco
traductionis ut dixi compensent. Impetrata ut
spero a summo pontifice uenia qui optimis auspicijs
ad hostem magis me uoce prouocantem. ac tela ia
cientem in campum descendo. Sed ante quam in festa hasta
occurro libet eum paucis interrogare. Cur ita p.
clodi truculento inmanique animo in me irruisti. quid
sibi uult ista tanta maledictorum conuiciorumque con
geries? Vtar uerbis impuri illius apud Terentium
hominis quem quidem tu me infra omnes homines
ponis. Leno sum, fateor, pernicies communis adole
scentium. periurus. pestis, tamen a me tibi nulla orta
est iniuria. At obieci tibi nonnulla. Id defensionis
ratio postulabat. quemadmodum frequenter contingit
ut dum repellere uulnus uolumus ipsum aggressorem
et nolentes uulneremus. Et nihilominus ex in
finitis criminibus tuis pauca quedam strictimque li
bauimus. Verum agnosco magnitudinem animi tui.

derisio aduersarij.

ac generositatem Entellianā quē te primo congressu pro
stratum doles. ut de te uirgilianū illud dici possit.
Iuuentū potius uires effudit. et ultro ipse grauis.
grauiterque ad terram pondere uasto. Concidit. At
nō tardus casu nec territus heros Acrior ad pugnā
redit ac uim suscitat ira. Precipitemque ardens Val
lensem agit equore toto. Hunc dextra ingeminans
ictus nunc ille sinistra. Nec mora nec requies quam multa
grandine nimbi Culminibus crepitant / sic densis
ictibus heros Creber utraque manu pulsat uersatque
vallensem. Macte uirtute esto mi steculi Entelle.
Quid ego infelix resistere tibi iterū atque repugnare
uolui? quē idem qui dareta illū Virgilianū exitus maneret
aut fortasse deterior nisi sanctissimus pater intercedat. dicē
turque de nobis qui sequuntur uirgilij uersus. Tum sic
Eneas pr(a)edere longius iras Et seuire animis Entel
lum haud passus acerbis Sed finē imposuit fessumque
dareta Eripuit mulcens dictis ac talia fatur. In
felix quanta animū dementia cepit? Nō uires alias co
uersaque numina sentis? Cede deo. dixitque et prelia
uoce diremit. Ast illū fidi equales genua egra
trahentē / iactantemque utroque caput, crassumque
cruorem. Ore eiectantem mixtosque ī sanguine dentes /
ducunt ad naues. Quid ais pater gaudes quod te Entellū

Virgilius

intercedat

significaui esse me darem. Ego nõ te darem dico ẽẽ
qui aīo ferocitateq3 iuuenili es qui me lacessisti me
aũt qui sum lacessitus Entellum. qui te pugnis contu
di. qui te toto campo precipitem egi. qui te utraq3 ma
nu pulsaui uexauiq3, qui nisi pater Eneas hoc est
pater sanctus intercedat, faciã ut te fibi, equales ge
nua egrinta trahentem ad sepulturã ducãt et nũ
silentij ac pudoris. Sed iã congrediam en turba
certaminis signũ dat. Sit igitur hic meus iste podi
primus ictus. Ego planũ & certe etiã clarũ feci, a
me nõ ẽẽ inuectiã ortã. Tu aduersus infinita mea
argumẽta, uno quod iã refutatũ pfligatũq3 ẽ dun
taxat argumẽto niteris, & quod tu nescio ubi post
mediam orationẽ, inter alias nugas inuoluisti, in
quiens. Q nisi crederet illum adolescentẽ indoctũ, rudẽ
qui ne primis quidẽ labijs grãmaticã nouit illa
scripsisse. nõ replicabo q̃ in pore attuli responsione
mapie credibile ẽẽ adolescentẽ illa scripsisse sed a
liquid nouarũ rationũ afferã. cum quib3 te loqui
putas podi. Annõ adolescens iã inde e catalonia
exeuntis tredecã amplius natus ãnos, triennium
contubernalis fuit gasparis ueronensis quẽ tu
omib3 grãmaticis ante ponis. Annõ ab illo cõ
ponere epistolas docebatur. Annõ ei semp pre
sumus pedegogum cum duob3 fratris famulis ad hu

Margin notes:

pmo cofutatio an sit credibile illud de adolescente

Catalonia

Gaspar veronensis

nostre

grãmaticam

buit? An erat quispiã equalium illi aut ĩ doctrina aut inexpeditus loquendo comparandus? Ut franciscum vostrum patrem, quo neminẽ catalanũ novi vel ingenio vel lingua argutiorem nõ mag. noĩe q̃ corpe & aĩo referret. An nõ a p̃re mihi traditus ut extremã ei ĩ lingua latina manũ imponerem, studium anũ me induit? An nõ etiã sive magnum tuũ sive pedagogum hebar mattheũ navariensem, inter ducentorũ auditorũ meorũ p̃mos doctum atq; elegantẽ. qui nũc fulginij p̃fitetur. a quo tuas ep̃las domi audiebat. Quorũ uterque apud gaspparem ipm legerat chirographo illi9 notata tria vitia ĩ ep̃la tua que prescripta est. Quintiliano illi9 a me ipi donato. qui codex tam diu caruit cõtumelia tui. q̃ diu meus fuit. Si nõ credis codicem poscito. An postremo rediẽs post mortem p̃ris in catalonia nõ miraculo fuit regi atq; proceribus? tanta illi ingenij ac facundie indoles aderat. Q tu cum talem ẽe adolescentẽ nosses tñ ais nõ ẽe credibile eũ illa scripsisse, q̃ magna ex parte utrosq; sunt scripta sic ostendi. Sed esto, nõ sit credibile. quid mea dum ẽ ĩcredibile sit atq; adeo impossibile a me fuisse scripta Ego p̃dani

extremã manum imponõ.

illas notationes tuas epistolarum in multis non magis contra
tuas epistolas esse quam contra elegantias meas. In quibus ut
ipse legisti diversa tradideram. Hec si tu credas a me
notata esse amens sis. Quod ergo ipse non credis et quod
tibi non persuades. id alios tibi credere vis et una frivo-
la contra infinitas rationes persuadere. Quid hoc im-
probius. perversius. dementius. Quid est malignius ac
furiosius quam a quo homine nihil te lesum nihil offensum
scias eum destructum perditum trucidatum velle. in-
vadereque dentibus et devorare conari. dii talem
terris avertite pestem. Quod si a me nulla vel
Cur fuit convictus potius. fingis esse tibi facta iniuria profecto calumnie convictus es
neque simplicis calumnie convictus quod de iniuria tibi il-
lata sed duplicis. quod etiam de contumelia auctoribus
facta neque duplicis modo sed triplicis quia de me ipso
insolentissime gloriatum me esse mentitus es. Neque
calumnie tantum verum etiam imperitie, et eius quidem tri-
plicis, quod adversus probationes meas quibus te im-
peritissime conatus reprehendere opus meum de lin-
gue latine elegantia. quibus me peritissime rep-
rehendisse quosdam veteres quibus te plusquam imperite
locutum esse infinitis in locis ostenditur. nihil invenisti
prorsus quod responderes nisi unum de iis infinitis
et id frivolum sicut in superiore fecisti, ac plusquam
frivolum. quod tibi monstravero. eam quam dixi
Id unum e pluribus potius invenisse. latam esse veneris recitabo sententiam. Dixeram

te non proprie usum desuetus pro insuetus. Tu p(er)te-
te usum defendis, omitto paulisper de tua defensione
dicere. Itane potes ex tot vulneribus tuis unum solo
curandum duxisti? Reliqua cetera? Certe ut sentio
minora non sunt, aut si minora si minima
si nulla sunt, ostende tuum corpus illesum sine
vulnere, sine cicatrice, sine livore, ut meos ce-
rus uti imbecilles puerulosque deridet. Nam istud
quod facis, vulnera que tibi inflixi incurabilia esse
significat, et me multas corporis tui partes am-
putasse atque mutilasse. Nunc istud unum quod
potissimum delegisti quod non tam curas quam alligas, in-
spiciamus utrum vulnus sit necne et utrum acu ut
aiunt punctum, an potius mutilatio. Possumus igitur
uti desuetus pro insuetus. Cur tamen tu nunquam post
meam reprehensionem ita uteris? Sed inspiciamus
tua verba. Desuetum pro insuetum a me positum   desuetus pro insuetus.
culpat. Sed huic barbaro latinum opponam Virgilium
est in septimo Eneidos. Iam pridem resides populos de-
suetaque bello Agmina in arma vocat. Resides
populos appellat eos qui in armis antea non fue-
runt versati. ideoque desueta agmina vocat,
idest bello non antea assueta. Sed verum noster
in Crasso nanus aere nihil nisi cornu perterre ut   lepidum

pedo

pedere potius didicit. En nitide urbaneqz facere dignu hoie nato i aere nō crasso sz nitido 7 puro
Differo paulisper de exemplo tuo disserere. Itane tu prosa oratione scribens iis uocabulis uteris quibus nō oratores aut historici sed poete utuntur. nec poete omēs. sed unus tantū. quāqz si maximus ē tam sume i loqndo licentie. nec is poeta isto mō nisi semel ē usus. sz semp aliās aliter. Verū esto licuit tibi istud facere. Quis ita ut tu istum locū exponit? An seruius? Minime. sed neqz alie fuis expon inquies. cur ergo reliquit i expositum? Certe id nō fecisset si aliter iste locus acciperetur atqz ille residesqz mouebit. Tullus in arma uiros 7 iā desueta triumphis agmina. Que loca cum ex eisdem penè uerbis cōstet Seruius satis putauit se istum tuū e libro septimo locū exposuisse cū alterū in sexto exposuit inquiens. desueta triumphis idest a cōsuetudine triumphandi remota. ergo desueta bello a cōsuetudiñ bellandi remota. An tibi istius i sexto uirgilij uersus nō uenit in mente. Atq uenire debebat. quia & prior ordine & huic simillimus atqz uicinus ē. An potius tuum fuit nō legisti? Si ita ē cur eū nō legendū putasti? Sin legisti cur eū te legisse dissimulas cur ei contradicis? cuius alibi uideri uis uicem dolere tanqz a me impugnati.

contradicis enim ei cum aliter exponis. imo contradicis etiam rei. homo prorsus ingenio veruecino, cum dicat virgilius iam pridem resides populos hoc est hos qui per multum tempus resederant a bello atque requieuerant. non autem semper abstinuerat et quieuerat. ergo iam pridem desueta bello. idest que aliquandiu a bello cessarant cui assueuerant. An Messapus ille fortissimus quem tantopere virgilius ut bellatorem commendat At messapus equum domitor neptunia proles. Quem neque fas igni cuiquam nec sternere ferro belli erat insuetus? et me uocas veruecem et in crasso natum aere. qui ipse non uides propter aeris crassitudinem. finem uersus quem omisisti hoc palam declarare subito ferrumque retractat. quid est enim retractare. nisi iterum tractare. Ergo antea messapus cum populis suis agminibusque tractauerat, ferrum, quo geritur bellum An forte particulam illam uersus que reliqua erat malitiose pretermisisti? quasi hoc ipse non essem deprehensurus. an stulte potius ut soles qui uersum Iuuenalis contra te afferas. Nam ille uult summos posse uiros et magna exempla daturos veruecum in patria crassoque sub aere nasci. quod tu negas qui uis me non posse esse egregium uirum. quod sim in patria veruecum et in aere crasso natus. Quamquam o nefarium

retracto

malitiose

149

Laurentius nat(us) rome

homines tu ne Roma in qua e natus sum veruecum
priam uocas? Ergo veruecos fuerunt. Camilli fra
bricij, fabij. Scipiones. Marcelli, Metelli, popeij Ce
sares quales reliquus no(n) huius orbis. Hec exagitare

Exarco

pluribus si ad meam causam ptineret: sed no(n) agam tuo
more qui de causa nihil, optrat. offensum tamen, o(mn)ia soles
dicere. Et h(e)c quidem satis erant ad confutanda ea que a
podio prosit in superiore controuersia afferuntur. Sed
quoniam alia duo idem i mea responsion reprehendit
